CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS III.

AGATHIAS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

AGATHIAE
MYRINAEI
HISTORIARUM
LIBRI QUINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS

BON. VULCANII.

B. G. NIEBUHRIUS C. F.

GRAECA RECENSUIT.

ACCEDUNT

AGATHIAE EPIGRAMMATA.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXVIII.

IMMANUELI BEKKERO

SUMMO IN RECENSENDIS GRAECORUM
SCRIPTIS ARTIFICI

UT APUD POSTEROS AMICITIAE MONUMENTUM EXSTET ET

NOVA BYZANTINORUM EDITIO FAUSTO OMINE PRODEAT

HANC AGATHIAE RECENSIONEM DEDICAT

B. G. NIEBUHRIUS.

PRAEFATIO.

Agathiae historiarum, non magnae molis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnensis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo aequus reprehendet, dummodo compererit quam arduae nobis hoc opus aggredientibus obstiterint difficultates. Etenim in oppido, ex cuius prelis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber graecus, neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno, manumque ultimam operi admovente, satis accurate gnaviterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus. Est tamen quo nos solemur: nam ingenti taedio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum paulo gravius relictum sit mendum in graecis, atque in scholiis criticis: nam de versione latina, quam abiicere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa quum Schopenus, ab aliis bis correcta, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras recognovi. Iam vero in posterum hae aerumnae aut superatae sunt aut certe valde imminutae; invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem, ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exsequi possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de huiuscemodi difficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, maiore nondum excitata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus coniectura atque ingenio sine libris perfici posset emendaretur; eiectis plurimis, qui Parisinam editionem foedant, erroribus, temerariisque novationibus. Legeram librum,

non omnino illepidum, ante multos annos, rerum cognoscendarum causa, eumque memoria repetens mihi persuadebam illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis atque sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem iam tum mihi cognitus atque valde carus *Ioannes Classenus*, Hamburgensis, qui HERMANNI, viri summi, disciplina institutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philologicas explicamus, audiret. Hunc ego iuvenem egregium, quem nunc in contubernio atque domestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quaeque ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum frequentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat. Fecit is quod cupiebam sine mora ac valde sedulo: eiusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolvendum sumpsi: plurima, quae emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti: quaedam improbavi: non pauca quae ille non attigisset correxi ipse. Qua via ingressus, prioribus libris diligenter excussis, quum eos peius longe quam antea cogitaveram se habere perspicerem, neque ullum ex libris subsidium aderat praeter ea quae, suasu meo, e Suida congesserat Classenus, versionem Personae quaerere coepi, quae instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii: atque hoc accepto libro novum lumen operae nostrae affulsit. Etsi enim homo non minus stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris: — quippe qui de sensu, non dicam probabili sed ullo, minime sollicitus esset: — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egregium, cuius verba singula exprimere saepe tentavit. Itaque multae emendationes, quum Classeni tum meae, illo auctore comprobatae sunt: id vero inprimis gratum erat, quod, quae in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata inveniebam, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate graece restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuissem, et liber iam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulissem doctrinae atque acuminis laudem. Verum enimvero quum ex Leunclavii praefatione ad editionem versionis Personae Basileensem perspexissem quam longe codex Rehdigeranus prae-

stitisset Vulcaniano, quamquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594. frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus eius a Praetore atque Decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse: neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii; quo iubente codex huc transmissus est. Eum bis contulimus, ne quid non animadversum remaneret: nam primo id fecit Classenus solus: deinde iterum et ille et ego; hac ratione ut per vices alter impressum alter scriptum codicem aut praelegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil fieri posse accuratius.

Iam vero collecta amplissima lectionis varietate, quum ex his quae ipse Vulcanius fatetur colligerem typothetas nonnunquam in expediendа codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rehdigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geelii, v. cl. litterarum, quas tam egregie ornat excolitque, omni occasione oblata iuvandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia coniunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas Rehdigerana cum Lugdunensi libro accuratissime collata est; idque cum magna operis mei utilitate: constitit enim in haud paucis locis dissensum, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utrumque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se saepissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgatae inhaerere, quum plane appareat codicem ex quo originem ducit inferioris esse notae, nimis timidi aut superstitiosi; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordatior homo, cui hic scriptor primum edendus in utroque codice oblatus fuisset: praestantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaret.

Qua lege quum in conficienda recensione versarer, coniecturas in eam vix admisi: sunt tamen inter locos ubi uterque codex in vitio

conspirat pauci quidam quos certa ratione coniiciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rehdigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem: de qua re silerem omnino nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet: modo nuda divinandi vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conieceram, lacunas quoque supplendo sarcieram: de quibus monere, ex quo certa pro coniecturis suppeditavit Rehdigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemne captarem me ipso facti teste? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat: utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni coniecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat: atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea iuveni pudenti: ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quaedam adscripsi. Accentuum, orthographiaeque rationem stabiliendam suscepit in se Schopenus meus: de cuius doctrina atque ingenio quae sentiam, hac opportunitate usus praedicarem; nisi haec quoque praefatio antequam liber in publicum emittatur ab eo inspicienda esset, praeviderem que tunc eum summa ope pugnaturum esse ut illa delerem. Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita moderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prelum immittantur, ad examen revocet; isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quae viris primariis, qui cummaxime graecos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Graeci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum maiores iam inde a saeculo X. apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annam, Nicetam, ceteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinos ultimae aetatis eum orthographiae modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Aga-

thias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probae aetatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quae in summis dicendi auctoribus magna sunt, in huiusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: *μέλλειν* enim semper in utroque codice uno tantum *λ* scribitur. Neque magis indicandum esse putavi quoties *N* *ἐφελκυστικὸν* ex codice adderem.

Epigrammata libenter omisissem: quum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quae Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quae in Palatina servata sunt, additis iis quae in capite *περὶ εἰκόνων* exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpaucis locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinae praetuli. Latina, elegis comprehensa, quae Iosephus Scaliger, atque Ianus Dousa e graecis Agathiae fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti potuerunt quae in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, iam finem praefationi faciam, quum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quae necessaria sunt exposuero.

R. Codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560., impensis Thomae Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romae; a duobus tribusve amanuensibus, credo bibliothecae Vaticanae scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Graecum ex ductibus clare patet; postremus autem alienigena fuit, graecaeque linguae fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interiectis septenis vel octonis pl. m. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut coniecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavium auctorem habere credo, qui eum a. 1576. utendum acceperat. Quem codicem quum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658. iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obscoeno; at cive, ut hinc colligere licet, non inutili.

Lugd. Lugdunensis, bibliothecae academicae, 54. inter libros

Vulcanii, qui Agathiam ex eo edidit: in catalogo p. 346.: — bombycinus, saec. XIV: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo praestantior. Subiiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiae de ludo tabulae Zenonis Aug., alterum, quod hic quidem eidem Agathiae, in Anthologia vero Leonidae Alexandrino tribuitur. Id h. l. *ἰσόψηφον* inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero ,ϛχ i. e. 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

Ἀλλὰ τανῦν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὀψὲ γὰρ ἔγνων
Ὁππόσον Οὐρανίας Καλλιόπα προφέρει.

Vulg. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quae ex illa originem ducunt.

Ed. pr. Editio princeps Vulcanii, quae prodiit Lugduni 1594.

Par. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiae Byzantinae.

Edd. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissime ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriae dotis habere, nemo est qui nesciat.)

Intpr. Versio Christophori Personae, ut exstat in editione Basileensi Pernae.

Cl. Coniectura Classeni.

Scribebam Bonnae postr. Kal. Ian. MDCCCXXVIII.

DE VITA AGATHIAE, EIUSQUE LIBRIS HISTORIARUM.

Agathias natus est Myrinae [1]) in Aeolide Asiae: [2]) patre Memnonio, rhetore [3]), matre Periclea, matrona sanctissima, quam triennis amisit [4]). Haec quum mortua ac sepulta sit Constantinopoli, credibile est patrem sese illuc in urbem regiam contulisse, ad quam undique ex provinciis graeci sermonis confluebant qui doctrinae ingenioque confiderent. Fratrem habuit virum honoratum, cuius tamen nomen ignoramus [5]): sororem Eugeniam, doctam puellam, discordi matrimonio cum Theodoto quodam coniunctam [6]). Agathiam, penultima syllaba correpta, nos vocamus; Graeci idem nomen, pro accentus ratione, Agathíam proferunt: idque eum ipsum, ceterosque illius aevi homines, fecisse, ita ut penultima longa uterentur, ex ipsius epigrammatis apparet [7]). Disciplinis litterarum, quas, qui liberali animo essent, percipiebant antequam se ad legum Romanarum studium converterent, Alexandriae studuit: unde anno 554., Iustiniani vigesimo octavo, post horribilem terrae motum,

1) Prooem. Hist. p. 8. 9. ed. Bonn. Smyrnaeus vitiose dicitur apud Eudociam, atque in nonnullis Suidae codicibus. 2) Unde Asianus vocatur in Anthologia Palatina. 3) Prooem. l. c. — Epigramma Michaelii inter testimonia. 4) Epigr. 43. 5) Ei simul cum patre atque Agathia fratre statuam posuerunt Myrinaei: Epigr. Michaelii. 6) Epigr. 53. 54. 7) Epigr. 36.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι —

Epigr. 72.

Ἀλλὰ πατήρ με πόληος ἐναλλάξας Ἀγαθίας —

Haud aliter in Latio Prudentius *Asclepiadem*, Sidonius *Euripidem*, penultima producta posuerunt: hic, carm. IX. 231. *Orchestram quatit alter Euripides*, ille Peristeph. X. 42. *Asclepiades ire mandat milites*: cf. ibid. 108. 392. 548. 687. 921. Scilicet cuncti ista ita proferebant, at *Antiochiam*, *Alexandriam*, *Basilium*, eadem syllaba correpta. Atque in universum tenendum est, graeca pronuntiandi rationem, quam permulti inter nostrates medio quod vocant aevo adulto ortam esse contendunt, quae tamen, ut ex voluminibus chartaceis et inscriptionibus pictis constat, in Aegypto sub Caesaribus recepta erat, regnante Iustiniano non aliter quam sub Palaeologis Constantinopoli obtinuisse. Hoc qui perspexerit facile intelliget Agathiam nostrum *Χερωνεὺς* prima correpta protulisse, repudiandamque esse coniecturam quae epigr. 100. *στῆσαν Χαιρωνεῦ* pro *στήσαντο Χερωνεῦ* scribi iubet.

quem Alexandria ipsa, nunquam antea moveri solita, senserat, Constantinopolim regressus est [8]. Quem studiorum iuvenilium cursum qui reputaverit, non dubitabit Agathiam tunc decimum octavum aetatis annum egressum non fuisse, eiusque natalem in annum 536., vel sequentem, incidere. Quum vero Berytus illa clade collapsa esset, non dubium est eum in urbe regia antecessores audivisse. Quae studia quum quinque annos implerent, quarti in quodam epigrammate meminit [9]: et alibi leges Romanas artem suam esse ipse profitetur [10]; quarum cognitionem cum dicendi facultate ita coniunxit ut causas ante tribunalia oraret: idque Constantinopoli, ubi in basilica clientibus operam dabat [11]. Causidici tunc scholastici vocabantur [12], unde Agathiae cognomen haesit. Tenuit autem istud vitae genus invitus, ac necessitate coactus, ut victum sibi quaereret [13]: nam ad amoeniora studia sevocabat adolescentem honesta voluntas. Exaruerat nondum poësis, vivebantque adhuc in ore hominum fabulae vetustatis: quin florebant in aula ipsa atque inter proceres qui versibus pangendis gloriam sibi quaererent: quamquam non imminebat solum verum iamiam ingravescebat barbaries, quae mox, extincto penitus antiquitatis lumine, densissimis tenebris, morumque immanitate, Graecas regiones foedavit, stuporemque pro prudentia induxit. Ad hasce delicias Agathias delatus, primum amatoria carmina brevia scripsit, quae in novem libros, Daphniaca inscriptos, collegit [14]: pluraque praeterea eiusdem generis alia: e quorum numero multa supersunt epigrammata, non invenusta. Postea, sed regnante adhuc Iustiniano [15]), collegit, atque in septem libros digessit, epigrammata, siquidem eius verba ad litteram interpretanda sunt recentiorum, non-

8) Hist. II. 16. p. 99. 9) Epigr. 4. Illo anno *λύται* dicebantur, unde *τὰ λύσιμα τῶν νόμων* — inscr. epigr. 23. — explicari posse videntur. Agathias trans portum in regione Peraea morabatur, ut postremorum decem librorum singularium difficultatibus solvendis operam daret, procul ab urbis strepitu remotus. 10) Prooem. l. c. 11) Hist. III. 1. p. 138. Quod Smyrnae causas orasse coniecerunt, propterea quod *Σμυρναῖον σχολαστικὸν* in libris corruptis vocari vidissent, id vero usque ad stoliditatem argutum est commentum. 12) Iac. Gothofr. ad C. Theod. VIII. 10. 2. Tom. II. p. 627. ed. Lips. 13) Hist. III. l. c. 14) Epigr. 7. 15) Id ex praefatione apparet.

dum edita [16]): quod si ita est, quaecunque in hoc genere Iustiniano antiquiora, post Philippum Thessalonicensem scripta, legimus, alia corona, cuius mentio omnis perierit, comprehensa fuisse necesse est. Qua opera, quam Theodoro Decurioni [17]) inscripsit, palam est eum potentiorum, quales Paulus Silentiarius Macedoniusque exconsul erant, quorum plurima colligebat poëmatia, favorem aucupatum esse. Ex his Paulum laudibus non immeritis extollit, atque clientis officiis comiter colere videtur [18]). Hoc ipso Paulo, nisi me coniectura decipit, Eutychianoque quodam hortantibus [19]), mortuo Iustiniano imperatore [20]), ad historiam aevi sui scribendam animum adiecit: quum ad trigesimum certe aetatis annum pervenisset. Credo tamen eum diu colligendis tantummodo narrationibus operam dedisse: namque opus quod ad nos pervenit adeo exiguae molis est, ut, quum ea quae de Chosrois exitu narrantur acciderint anno 577., nemo sibi persuadeat illi conscribendo decennium potuisse impendi: imo eo amplius. Nam ne ista quidem de Persarum regis fuga et morte mox post eventum scripta esse, perspicue apparebit consideranti [21]). Haud tamen debilis coniectura est, quando Agathias de Mauricii gestis narrabat, hunc adhuc privatum fuisse: quippe quem, absque ulla summi fastigii commemoratione, Pauli filium, magistrum militum, vocat. Id vero ad refellendam Fabricii opinionem sufficeret; qui sibi persuaserat Agathiam, quo tempore Evagrius historiam absolvit, scilicet anno 593., nondum edidisse: at illa, accuratius inspectis verbis quae vir nunquam sine laude commemorandus festinantius legit, ipsa per se concidit [22]). Itaque Agathiam Tiberio adhuc regnante, ante annum 582., quo anno Mauricius imperium adeptus est, e vita decessisse arbitror. Nam obitu eius factum

16) Prooem. p. 6. 17) S. Palatii; de quo officio consule I. Gothofredum ad C. Th. VI. 23. 1. II. p. 126. 18) Hist. V. 9. p. 297. 19) Prooem. p. 7. 8. 20) Ibid. p. 11. 21) Hist. IV. 29. p. 272. 22) Locum posui inter testimonia. Verba *εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες* ad scriptores quos nominaverat referri non possunt: quae si Evagrii mens esset, ratione iubente, scripsisset *τυγχάνουσιν*. Sunt illa omnino mendosa, et nescio qua de re interpretanda quae Mauricii animum movere potuerit ut supplici regi auxilium denegaret.

esse quod historiae opus ad finem non sit perductum, Menander innuit, oratione usus parum quidem apta [23]), sed pravae interpretationi minime obnoxia: modo meminerimus Chosrois mortem viginti fere annis post Hunnorum adventum in Thraciam, ubi quinti libri narratio abrumpitur, accidisse. Ac ne quis forte suspicetur ad molestiora negotia delatum, atque ita otio quod historiae scribendae tribueret privatum esse, in eodem vitae genere permansisse vel cognomine teste compertum est. Quo concesso quis credat fieri potuisse ut sponte omitteret gratum laborem a quo omni vi atque unice persequendo negotiis forensibus se distineri queritur [24])? quae tamen cumulate offerri alias laetandum sibi esse fatetur, ne inopia prematur. Nemo tamen hinc concludat Agathiam annumerandum esse infelicibus illis qui, ne fame vexentur, a litteris recedere coacti sunt. Nam illa erat scholasticorum condicio ut eorum avaritia legibus esset compescenda: neque clientibus caruisse credemus virum qui insigni facundiae gloria et vivus et post mortem floruit. Itaque, nisi lusus est ista de sua sorte querela, illis accensendus erit Agathias qui, nisi admodum laute vivere aliisque largiri possunt, egere sibi videntur. Quae quidem opinio epigrammate confirmatur quo ille, pater oppidi dictus, in municipio suo locum, antea obscoenis immunditiis foedum atque detestabilem, purgasse, atque eleganti aedificio, nescio quo, ornasse dicitur [25]). Alia fortasse praeterea pietatis officia in patriam contulit: quae non minus propter hanc virtutem quam eloquentiae causa, eum cum patre Memnonio et fratre statua ornavit [26]): cuius honoris, quum olim fuisset vulgatissimus, illo tempore, in privatos collati, vix aliud superest exemplum.

Mansit autem viro laudato etiam post funus eadem insignis fama eloquentiae: ad quam referendum esse videtur quod Menander, qui eius historiam continuavit, infantiam suam tam vehementer excusat. Itaque quum, renatis sub Basilidarum imperio litteris, eandem laudem appeterent pusilli ingenii homines, Agathiam imitandum sibi sumpsit Leo Diaconus, ut Hasius v. ill. indicavit: cui quod placue-

23) V. testimonia : ὡρμήθην ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου. 24) Hist. III. 1. p. 138. 25) Epigr. 72. 26) Epigr. Michaëlii.

rit in huius scriptoris, quo edito permagnum certe cepit historia incrementum, sermone exquirendo splendidum philologiae documentum edere, id facundissimos quosque Atticos, si quis ad manes de factis nostris rumor manat, non sine invidia ferre existimo. Hodie Agathias vix cuiquam ultra mediocritatem assurgere videbitur: licet G. I. Vossius, haud levis auctoritatis vir, tersum eius atque floridum dicendi genus praedicet. Certe ipse sermo graecus a puritate, quae tamen minima laus esset, longe abest; ac, ne a vitiis quidem grammaticis immunis, haud raro degeneris loquelae nota foedatur: tum vero admixta dialectorum, ionicae praesertim, epicorumque verborum varietate, sive quaesita sive imprudenter assumpta, saepissime offendit. Quae ut condonaveris aevi infelicitati, praecipuaeque difficultati scribendi lingua emoriente, antequam adulta sit atque e matris consortio exierit vulgaris, qua iam quotidie utuntur; tamen, ut laudem tribuas historico, sapientiam gravitatemque requires: at id non minus frustra in Agathia nostro. Imo potius ieiunum ingenium in sententiis prodit quas saepissime profert, tritas admodum atque e locis petitas communibus: ubi vero argute loqui satagit frigidissimas. Viri boni animum cum ostentatione prae se fert: neque tamen, quantum dignoscere licet, falso: immunis ab insectatione pariter atque ab adulatione per universum opus: cuius, quaecumque in eo reprehenderis, ad cognoscendas res gestas summum pretium atque unica utilitas est. Italica tamen negotia parum cognita habuisse videtur, in orientalibus longe versatior. Quem si Procopio quum ingenio tum civili militarique prudentia longe inferiorem esse Gibbono facile concesseris; fatebere tamen eadem ratione super ceteros omnes, qui consecuti sunt, eminere: virum autem multo meliorem esse Procopio.

Christianus an fuerit, in utramque partem disputatum est: verum edito epigrammate quo tabulam Archangelo dedicat 27), illam religionem professum esse extra dubium est. A quo si discesseris, inter cetera quae proferri possent firmissimum eiusdem opinionis argumentum esset, quod apophthegma ex novo foedere sibi notum esse prodit 28). Neque

27) Epigr. 4. 28) Hist. III. 12. p. 165. cf. Indicem graec. s. v. ζηλόω.

id tamen certum foret indicium: etenim, dominante religione Christiana, paucos illos gentiles qui Constantinopoli degebant talia nota habuisse non est quod dubitemus: atque ubi id profert Christianum loquentem inducit. Mitem vero animum in reprehendendis alienis sacris, nisi improba sint atque immania; et indulgentiam quae errori in huiusmodi rebus, utpote non voluntario, veniam tribuit[29]); inter saevos illius aevi furores vix alibi exspectares quam apud eos qui dominantium crudelitate et saevitia vexarentur ipsi. Itaque probabile est, gentili patre procreatum, graecanicisque studiis innutritum et delectatum, ne legum poenis hominumque violentiae obnoxius esset, non opinionis vi adductum, Christianis se adiunxisse.

Historiarum libri vulgo ex codice Lugdunensi inscribuntur *περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας*: vitio manifesto: quum scriptor se de morte Iustini Germani f. — qui iubente Iustino iun. Imp. necatus est — IV. 22. p. 255.: atque de Chosrois fine (577.) IV. 29. p. 272. dicturum esse promittat. At idem codex recte, pro illius aetatis more, quem ab Evagrio, Ioanne Epiphaniensi, aliisque servatum videmus, libros *τόμους* vocat.

Codices scripti perpauci supersunt. De Rehdigerano et Lugdunensi, quibus usus sum, dixi. Vaticanum membranaceum esse, antiquum, mihi significavit Ang. Maius v. ill. qui variantes scripturas ex quarti libri initio delibatas speciminis loco misit. Eae cum Rehdigerano libro ita conveniunt ut valde probabile sit hunc inde exscriptum esse. Exscriptus autem est ex codice integro: ut Vaticanus, monente Maio, nunc quidem est, suppletis a recentiore manu aliquot foliis, sed quoniam ea aliquando deerant, inde ortae sunt lacunae in versione Personae; licet codici quo is usus est cum Rehdigerano proxima intercedat affinitas. Tamen hic Vaticanus codex ut aliquando inspiciatur, optandum est; quo plane de fide atque auctoritate Rehdigerani constare possit. Praeterea ex Montefalconio Harlesius Fabricio adscripsit, integrum opus exstare graece inter codices scriptos Ottobonianos; atque in cod. MMIV. bibliothecae Vaticanae antiquae

29) Hist. I. 7. p. 28.

Agathiam de bello Gothorum: e contrario in Marciana Venetiis cod. DCCXII. libros posteriores, deficientibus primo et secundi parte: scilicet, ut videtur, illa ipsa de Narsetis bello Italico narratione.

Quum autem Agathias in eorum numero fuerit historicorum quos Constantinus Porphyrogenitus in eclogas redigi iussit, leguntur ex illo tria de legationibus excerpta in Codice Bavaro, quorum collatio cum editis debetur doctissimo Spengelio. Multo plus idem scriptor ad titulum de sententiis conferre debebat, quem nuperrime in luminis oras reduxit ill. Maius: vir iuvandis litteris divinitus saeculo nostro concessus, et „cui nemo civi' neque hostis quibit pro factis reddere operae pretium." Sex folia de his excerptis superesse is nos edocet (Coll. Vaticanae scriptorum graecorum II. p. 464.): quorum collationem ab eius amicitia petissem, impetraturumque fuisse certe scio; verum opere iam profligato nolui molestus esse viro minime otioso.

Praeterea superest in Parisinae regiae cod. MDCI. membranaceo, Fonteblandensi, folium unicum, cuius lectiones quae variant, dedi. Iisdem fortasse terminis continetur fragmentum de Francis Laurentianum LIX. 17. 9. — ubi in plut. LXXIV., 13. 64. varia ex quinque libris excerpta inveniri, Harlesius annotavit, Bandinium secutus, cat. codd. gr. II. p. 530. III. p. 113. quod opus inspicient quibus illo frui posse contingit.

Hadrianus Iunius Animadversionum I. 4. ut interpretis oscitantiam et vecordiam confutaret, aliquot Agathiae locos graece transcripsit, multis annis ante principem editionem graecam. Ac planum quidem est, Iunium videri se uti exemplari graeco voluisse: quae tamen affert ea cuncta ex Suida desumpta sunt; terminantur enim plane iisdem finibus quibus illius excerpta, eiusque scripturam dissentientem a codicibus repraesentant.

Editiones tres graecas, quae hucusque prodierant, supra in praefatione indicavi: ubi etiam de latina versione egi, quam Christophorus Persona, prior S. Balbinae, confecit: qui itidem partem librorum Procopii transtulit. Eam in Fabricii bibliotheca, ab Harlesio recognita, invenio im-

pressam esse Romae ap. Iac. Mazochium 1516. fol. repetitam deinde Augustae Vindelicorum per Sigism. Grimm et M. Wirsung 1519. 4. et postea cum Procopio atque Iornande, aliisque affinis argumenti libris, praemissa Beati Rhenani praefatione, Basileae ap. Hervagium 1531. fol. et Lugd. 1594. 8.:— dedicationem Personae ad Sixtum IV. Pont. M. editam esse in dissertationibus Zeni Vossianis II. p. 141—144.

Ego usus sum editione quae a Fabricio dicitur prodiisse anno 1576. Basileae ap. P. Pernam; sed anni notam in exemplo quod mihi adest frustra quaesivi. Ibi Agathiae praemittuntur Zosimus a Leunclavio, Procopius a Raphaele Volaterrano, Personaque ipso, versus: subiiciuntur ambo Iornandis libelli, et Leonardus Aretinus de bello Italico. Quod Fabricius in hac editione versionem Agathiae ex recensione sive interpolatione Io. Leunclavii haberi dicit, is error est. Nihil mutavit Leunclavius; contentus locis non adeo multis in margine correctionem indicare: sed quum, finita impressione, Rehdigeranum codicem utendum accepisset, ea quae interpres, sive propter codicis defectum sive ob alias nescio quas rationes, omiserat, vertit: non paucis locis plane insanam versionem meliore mutavit: ea omnia sub finem praefationis collecta proposuit: *Agathiam interpolatum* inscripsit.

Bellum Butilini, primum librum Agathiae, secundique initium, magnus Grotius vertit in Historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655. 8.: eam versionem loco Vulcanianae non posuisse, quatenus patet, licet deinde ad peiorem redeundum fuisset, male me poenitet.

Haec hactenus. Nam de Anthologia Agathiae disserere, ab hoc loco meisque rationibus maxime foret alienum.

TESTIMONIA ET IUDICIA DE AGATHIA.

ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαοιδὸν,
δίζυγος εὐεπίης ῥυθμὸν ἀγασσαμένη,
ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἐφ' υἱέϊ, καὶ πόρε τήνδε
εἰκόνα, καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμνόνιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
ἔστησε, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

Evagrius, *hist. eccl.* IV. 24. *ex ed. Rob. Steph.*
πέπρακται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναρσῇ λόγου πολλοῦ ἄξια, Βουσελίνον καὶ Συνδούαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησαμένῳ μέχρι Ὠκεανοῦ· ἅπερ Ἀγαθίᾳ μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, οὔπω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφῖκται.

Idem, *ibid.* V. 24.
τὰ ἐχόμενα δὲ τούτῳ (τῷ Προκοπίῳ) Ἀγαθίῳ (sic) *τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμῷ τε καὶ πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἱρμὸν ἱστόρηται, μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου* † *ὑποδεξαμένου — βασιλικῶς, καὶ — καταγαγόντος, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.*

Ioannes Scholasticus Epiphaniensis *initio fragmenti.*
τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυριναίῳ, ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορσι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετάγε Προκόπιον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράψαντι.

Menander Protector *ap. Suidam* s. v. *Μένανδρος.*
ὡρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφὴν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

Suidas et Eudocia s. v. *Ἀγαθίας.*
Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος (meliores Codd. ap. Suidam

Μυριναῖος) ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρέα, τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις· τουτέστι τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν Λαζικῇ καὶ Βυζαντίῳ. οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἔμμετρά τε καὶ καταλογάδην, τά τε καλούμενα Δαφνιακὰ, καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν· συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

Scholium Palatinae Anthologiae.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυριναίου, οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων. ἤκμασεν δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἔγραψεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα Δαφνιακά· ἔγραψε δὲ ταῦτα ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα.

Ger. Ioh. Vossius *de histor. graecis* II. 22.

Multum illa tempora ornabat Agathias. — Dictione utitur tersa et florida. Gentilem fuisse praeter alia ostendit illud *φασὶν*, quo libro III. utitur cum sermo fit de martyrio B. Stephani.

Gibbon, *the history of the decline and fall of the Roman empire:* c. XLIII. ann. 47.

We must now relinquish a statesman and soldier (Procopius), to attend the footsteps of a poet and rhetorician.

SPECIMEN VERSIONIS CHRISTOPHORI PERSONAE.

Lib. II. capita 28. 29.

Nunc autem ubi de Chosroe perpauca explicarim, confestim ad ea me referam, quae narrare iam coepi. Non enim hunc Persae solum ultra, quam decet, laudibus ferunt et demirantur; sed Romanorum plerique ut eloquentiae studiosum, et qui ad nostrae philosophiae summam pervenerit notionem, et Graeca opera in Persicam linguam nonnulla transtulerit: (addunt tamen et stagiretem, id est, vini amphoram, longe melius perpotasse, quam rhetor paeanicus olori perscripserit fabulam): quinetiam Platonicis imbutum dogmatibus tradunt, atque adeo, ut ne Timaeus hunc quidem praetereat, tametsi lineari speculatione divarietur, et naturae rimetur motus, nec Phaedon ipse, neque Gorgias, vel dialogorum autor alius quisquam, ut Parmenides, et caeteri item, quibus varia sententiarum profunditate sunt multa conscripta. Ipse vero non egregie adeo hunc eruditum fuisse existimaverim, ut summam disciplinarum teneret. Qui enim fieri id poterat, veram illam et liberam ut veterum nominum pronunciationem, ita et rebus ipsis maxime congruentem, lingua quaedam ut agrestis, et rudior, et a Musis penitus aliena servaret? quo inquam pacto vir regio fastu ex immodicis adulationibus ab ineunte aetate illectus, ac vivendi consuetudinem nactus supra modum barbaricam, et qui bella semper et acies animo agitarit, exerceri in his poterat disciplinis, ex hisque sibi fructus aliquid vendicare? Quod si quis idcirco hunc laudet, quia quum rex esset, et Persa, tantarumque gentium et maximarum rerum curam haberet, utcunque tamen degustare artes literarias voluisset, ex eaque ut gloriam, ita et animi capere voluptatem, profecto et ipse hunc laudarem, perinde prae caeteris barbaris admirandum. Sed qui hunc nimium sapientem appellant, et quasi philosophos caeteros praestitisset, omnium artium disciplinarumque causas nosse affirmant, et qualem fortasse peripatetici maxime eruditum praefiniunt: deprehendetur is haud dubie nihil prorsus ea, quae vera sunt, pervidisse; sed vulgi duntaxat famam sectari. Vir quidam genere Syrus, Uranius vocitatus, dum Byzantii versaretur, artem quidem medicam profitebatur, sed Aristotelicae disciplinae prorsus ignarus, nil denique vera cognitione tenebat; fremebundus tamen et insolens quammulta se percallere iactabat; et quum forte inter coetus hominum versaretur, ut erat suapte

natura contentiosior, saepe etiam pro regiis porticibus ipsis astabat, plerumque in librariorum tabernis venalitiis assidebat, et ad hominum turmas se eodem cogentium, verba magnifica perinde mirabundus et stupidus factitabat, consueta quaedam de deo, longis verborum ambagibus, his, qui se circumsisterent postulantibus, qualis nam scilicet esset illi natura, quae nam substantia, utrum afficiatur, utrum curae sit expers, et alia quaedam eiusmodi. qui vero ista profitebatur, ne grammaticum quidem adiisse unquam crediderim, nec vitam forte rectiorem egisse. Proinde putent hi facile aliquid esse et plane promptissimum, aut cuique pervium, quod vulgo fertur, pedem porrige, et Theologiam attinge: quum hanc constet rem esse et probatam, et inexplicabilem, et longe superiorem, quam ut eam assequi cogitatio queat imperitorum, qui ignorando hanc demirentur. Sunt namque, qui vesperi ex ipsa statim ebrietate et crapula impediti quammulta deblaterent, deque excellentissimis rebus illis, divinisque quaestionibus sermones indecenter incoeptent, et in eiusmodi nugando delirent, et haud secus ac qui aleam ludunt, rixentur. Hisce in rebus principatum nactus Uranius, perinde Homericus ille Thersites alios arguebat, extrahereque in longum sermones minime desistebat, etsi alias de deo haud satis recte sentiret: nec sane disceptationem sinebat, iamdiu occoeptam, ordine saltem suo procedere; sed apertiora potius confundebat, et quaesitae rei propulsabat inventionem. Volebat hic forsitan Platonis Pythonem, Sextumque denique imitari, et eorum more responsiones ut fierent, ut finis esset nil obturbari, quia id animo praesumptum iam esset, nihil esse penitus constitutum. Sed Platonica ista haud satis ille didicerat, ni forte alicunde venatus perpauca collegisset, quibus posset ineruditos iam fallere. Et quemadmodum literarum erat is re ignarus, ita et bonorum morum omnium expers. Istiusmodi quum esset Uranius, ad Persas se contulit, per Areobindum Persam, et regis tunc oratorem, ut cothurnus et nebulo ductus, nimirum qui ea sibi ornamenta stolide vendicasset, quibus omnino careret, palliumque protinus induit, quod disciplinarum magistri gestare apud nos solent. Sic itaque obstipa superbaque facie Chosroem adivit. tum ille inepinato miraculo percitus, et sacrum aliquid esse imaginatus, suspicatusque verum hunc esse philosophum, (nam et ita apud Persas vocitabatur), eundem hunc et libens vidit, ac benigne suscepit, Magos deinde ad se convocatos, cum novo philosopho ut sermones conferrent, constituit; deque rerum ortu naturaque ut disceptatio haberetur, iniunxit; et utrum id omne, quod visitur, finem sit habiturum; numve unum esse omnium rerum principium putandum sit.

EDITIONIS PARISINAE DEDICATIO.

POSTERITATI.

GALLIA ET HISPANIA
FUNESTISSIMIS BELLIS ANNOS SUPRA VIGINTI
DISTRAHEBANTUR.

IULIUS MAZARINUS
DEPLORATAM PACEM
EXCITAVIT UNUS ET BEATAM TRANQUILLITATEM
QUAQUA PATENT LATISSIMA DUO REGNA
FELICITER IMPARTITUS EST.
INGENS FACINUS
ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT
ORATORUM ET POETARUM
INFINITA NATIO.
VANUS UTRORUMQUE LABOR.
HOC NUDO ET CONTRACTO PANEGYRICO
ASSERIT
EMINENTISSIMO PRINCIPI
IMMORTALITATEM
IMMORTALITATIS PARENS
TYPOGRAPHIA REGIA.

Scribebat ad praelum
EMINENTIAE SUAE ADDICTISSIMUS
SEBASTIANUS MABRE,
ex filia nepos SEBASTIANI CRAMOISY,
Typographiae Regiae Curatoris.

B. VULCANII EPISTOLA.

ILLUSTRIBUS AMPLISSIMISQUE VIRIS

ORDINIBUS

HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE,

DOMINIS POTENTISSIMIS.

Cum variae sint artes ac scientiae, societati generis humani conducibiles ac necessariae, Illustres Amplissimique Viri, maximam profecto laudem merentur ii qui ad eas perdiscendas et ad publicam utilitatem accommodandas omne suum studium atque operam conferunt. Proxima est eorum laus quorum labor omnis atque industria versatur in linguis authoribusque quibus illae ipsae artes sunt tractatae nobisque traditae excolendis atque illustrandis, quique vel veteres scriptores Graecos e situ et squallore eruunt et in lucem proferunt, vel iam antea editos, sed male ab indoctis interpretibus habitos, refingunt, et pristino suoque nitori integritatique restituunt. Quod quidem studium tametsi ob exiguam quae inde affulget lucri spem perpaucos hodie habet sectatores (plerique enim eas artes sequuntur e quibus facilis est ad opes et honores cursus) mihi tamen, qui studiorum dignitatem non privato quaestu sed publica utilitate metiri soleo, mirifice semper placuit. Utilitatem vero quam hoc studii genus secum trahit longe maximam quis obsecro est adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confesso est ex veterum Graecorum fontibus doctrinam omnem esse hauriendam; quis non videt quanti intersit ut illi ipsi fontes puri atque illimes conser-

ventur? Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit crassa nonnullorum interpretum inscitia, nemo est etiam infra mediocritatem doctus qui nesciat; sensique ipse cum in aliis multis authoribus, tum vero praecipue in Cyrilli Alexandrini Thesauro, et divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnosco Cyrilli praeter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc est interpretandi Graecos authores et in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturaeque meae convenientiorem semel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; et quidem non pauca veterum authorum Theologica, Philosophica, Historica Poëticaque scripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, sed ita ut *ἀνεκδότοις ἐναλίγκια* merito censeri possent, nova interpretatione donavi, non exiguo uti spero rei literariae bono. Tametsi ex iis quaedam, nescio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, summoque multorum doctissimorum virorum desiderio, totos iam quindecim annos apud Typographum cui ea excudenda dederam haerent. Nunc vero Agathiam historicum optimum qui Iustiniani Imperatoris res gestas post Procopium Caesariensem est persequutus, Graece antehac nunquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum suae aetatis doctissimum, quique unus illam *δίζυγα εὐεπίην*, hoc est Poëticen cum Oratoria, ita coniunxit, ut dubium sit in utra magis excelluerit; in utraque certe non dubiam de omnibus sui aevi scriptoribus victoriam reportavit. E cuius editione plurimum et Historiae et Graecae linguae incrementi ornamentique est accessurum. Quum enim varia gravissimaque bella adversus populosissimas potentissimasque nationes, Francos scilicet, Gotthos, Vandalos, Hunnos, et Persas gesta describat; tum vero de eorum moribus atque institutis, ac praecipue de Persicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat scitu dignissima quae apud alios scriptores nusquam reperiantur. Stilus ipse plane est floridus atque amoenus, multis sententiarum luminibus illustratus. Verbis vero utitur selectissimis, et frequenter a communi usu ac significatione remotis; adeo ut Suidas diligens glossographus potissimam Lexici sui partem ex huius

scriptis concinnarit. Hunc itaque Agathiam scriptorem luculentissimum, quem olim Persona ita lutularat ac deformarat, ut quicunque eum attingeret merito exclamaret: *Aquam manibus*; εὐπρόσωπον nitidioreque habitu a me donatum vobis, Illustres Amplissimique Viri, merito inscribendum dicandumque existimavi: primum, quod ex hac vestra Academia in lucem prodeat; in qua quum iam tredecim circiter annos vestro beneficio honestissimo hoc otio literario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, nisi darem operam ut exstaret publicum aliquod singularis meae erga vos observantiae gratique animi monumentum: deinde, quod non indignum vobis hoc munusculum literarium indicarem, cum ob authorem ipsum qui apud doctos omnes summo semper fuit in precio, tum vero magni illius Imperatoris cuius historiam scribit nomine; in qua quidem historia multa conscribuntur sapienter ab illo prudenterque excogitata, felicissimeque perfecta; e quibus nonnulla uti spero in usus vestros convertere poteritis ad florentissimam Rempublicam vestram stabiliendam et nominis vestri celebritatem, quae rerum pro libertate tuenda gestarum magnitudine longe lateque est propagata, magis magisque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam si intelligam studium hoc meum vobis, Illustres Amplissimique Viri, probari; magnumque mihi honorificum iudicium vestrum calcar addiderit ad alia id genus veterum Graecorum monumenta e Bibliothecae meae penu depromenda et Latine vertenda publicoque communicanda.

Deus Opt. Max. Illustres Amplissimique Viri, Reipublicae eiusque seminario Academiae vos quam diutissime servet incolumes. Lugduni Batavorum, Anno Domini MDXCIV. Kalend. Ianuariis.

ILL. DD. VV.

Addictissimus

BONAVENTURA VULCANIUS.

CARMINA IN LAUDEM
EDITIONIS VULCANIANAE.

IN AGATHIAM
A BONAV. VULCANIO EDITUM.

Ἀγαθίας ἣν μὴ πολυΐστορι ῥύσατο βίβλῳ
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων,
αἰὼν πανδαμάτωρ, καὶ νὺξ ἀμάθυνε μέλαινα
Πέρσας καὶ Περσῶν ἔργα παλαιγενέων.
Ἀγαθίαν δ' ἣν μὴ Βουλκάνιος ἔξελε λήθης,
Ἀγαθίαν λήθης ἀμφεκάλυψε κόνις.
καί κε πολὺς τοπάλαι, Βουλκάνιε, σεῖο ἕκητι
Ἀγαθίᾳ τε ἀγὼν ὦρτο καὶ ἱστορίῃ.
νῦν δ' ἄμφω δισσοῖσιν ὀφείλετον, ἱστορίη μὲν
Ἀγαθίᾳ πλεῖστον, σοὶ πλέον Ἀγαθίας.

ΙΩΣΗΠΠΟΣ ΣΚΑΛΑΝΟΣ ΙΟΥΛΙΑΔΗΣ.

Agathias *ni iam fastis prius asseruisset*
Persas, et veterum Persica gesta ducum,
Tempus edax, et vis seclorum aboleret opaca
Persas, et veterum Persica gesta ducum.
Ni leto Agathiam eriperet Vulcanius, olim
Agathiam leti conderet alta cinis.
Et iam, Vulcani, propter te, maxima rerum
Lis foret Agathian inter et Historiam.
Sed devinxerunt ambos duo. Plurima debet
Historia Agathiae, plura tibi Agathias.

Iosephus Scaliger Iul. Caes. F.

AD DOCTISSIMUM VIRUM
BONAVENTURAM VULCANIUM
GRAECARUM LITERARUM IN ACADEMIA
Lugdunensi apud Batavos Professorem.

Quod *me Vulcani carmen doctissime poscis:*
Frustra es, ceu vivam ex pumice aquam elicias.
Non mihi tam proclive bonos est scribere versus,
Quam tibi scriptores restituisse bonos.

Fr. Duyckius Cos. Leyd.

IN AGATHIAE HISTORIAM
A CL. V. BONAVENTURA VULCANIO GRAECE ET LATINE EDITAM
HIEREMIAS BASTINGIUS S. T. D.
ET COLLEGII THEOLOGICI REGENS.

AENEAS *debet vitam post fata* MARONI:
  INDUPERATOR *ovas Historico* AGATHIA.
Gloria nam maior tanto est tibi: ficta Poesis
  A vera quanto vincitur Historia.
Macte sed o virtute tua dilecte Camoenis
  Qui clarus volitas docta per ora virum
VULCANI, *quem non ullos subiisse labores*
  Taeduit, aeternum ut viveret AGATHIAS.
AGATHIAS *inquam, Graiis ut cognitus olim*
  Nunc Graiis pariter cognitus et Latiis.
Sic quondam de te est meritus doctissime Rhetor
  Romanaeque decus QUINTILIANE *togae,*
POGGIUS: *hunc quanquam superas hoc nomine, cultu*
  Quod per te gemino splendeat AGATHIAS.
I nunc MOME *crepa, et male carpere desine qui te est*
  Passibus innumeris doctior et melior.
Vos autem PROCERES *quibus haec monumenta dicantur,*
  Ut vestro maneant tuta sub imperio,
Hunc redamate virum, tuque o BATTAVIA *gaude*
  Lucem ex te AGATHIAS *quod redivivus habet.*

PAULLUS G. F. P. N.
MERULA.

QUID *hic recens scriptoris orti contuor?*
Proles cluor Agathi. Ominis nomen boni
Adnosco. Nam qui audit bonus, plerum bonus'st,
Quique a bono natus, bonus ille plurumum.
  Lares mihi Smyrnae paterni, quae suum
Civem esse Homerum, principem vatum omnium,
Princeps probavit olim et ante caeteras,
Quae iniverant certamen, urbis Graeciae.
Fere est, ut adsim ab inferae ripa Stygis.
  Quae Morta te pressit favissis circites
Mille ampliusque obliviosis? ploxeno
Quae Fors silente, docte foetus, te obruit?
Incommodo maloque maxumo omnium,
Cordi quibus curaeque gesta quae retro.
  Immanitas Gotthorum et Hunnorum fera
Med aeviterno manciparat carceri;
Ut, quidquid a fatis mihi vitae super,
Inglorium esset atque squale sordidum.
  At unde tantum saevitatis? Luctuum,
Quibus nec unquam finis esset nec modus,
Causam me eis certissumum monerat fore
Ecfata vatum, quos adirant, dictio.
Immersi enim crudele moerorum mare,
Et conscii, quae non semel passi, iugum;

Non nesciebant perciti, me nascier,
Quo noscier docente debebant trucum
Clades avorum, lancinati corporum
Artus, potitum naeniae cadaverum,
Atrociumque vastitates funerum;
Quo noscier docente posteros, ducum
Iustiniani Principis victoriae,
Et fixa de victis trophaea phalangibus,
Actique superbiter triumphi nobiles.
Hinc natus olim lacrumarum fons mihi.
At serio, sero licet, Vulcanius,
Misertus infortunii nuper mei,
Multa incalatus, audiit miserum, prece,
Specus, quibus claudebar, altos pertudit,
Me duxit endo primus oras luminis,
Et fecit, ut me totus orbis perlegat:
Sive hoc voluntas, sive noluntas fuat,
Quorum efferata mente dirae mi dies,
Plenae aegritudinumque saepe luxerunt.
Nec me modo artis liberavit vinculis;
Sed et polivit arte, quod fuit potis,
Docta, et, quod instar muneris magni mihi,
Fecit bilinguem, quae unilinguis vix eram.
Felix tui adsertore iuris ter quater,
Felix viri polite tanti dextera:
Linguis fruare et luce, parta quae tibi,
Ducente et auspicante summo vindice.
Vicem refer, tuique nomen vindica
Ducis Auspicisque ab luce temporaria,
Linguasque perde virulentas, qui mali
Male tibi tuoque vindici volunt.
Ast Gotthus, Hunnus, Francus immensum fremant
Quantum, cruenti caede nupera manus;
Redhostiendum, quae patrare hostilia.
Gotthus patrumque et dissipator pignerum,
Hunnus senum et saevus nefrendum carnufex,
Et Francus haustum faucibus sanguen vomens,
Fremant frequente strage se pavirier,
Fremant sibi tam crebra fligi volnera,
Crebras suorum audirier mortes fremant.

Εἰς τὸν Εὐτύχεα Ἥφαιστον
ἐκδιδόντα τὸν Ἀγαθίαν τῷ χρόνῳ σχεδὸν ἀφανισθέντα.

Πείθους θελξινόου τερετίσματα δαίδαλα τύμβῳ,
(φεῦ κηρὸς φθονεροῦ) κεύθετο ληθεδόνος.
ξύλλαβεν Ἥφαιστος, πυρσὸν παλινάγρετον ἅψας,
ὄρφνην τε σκεδάσας ὡς πρόμος ἰδμοσύνης.
δὸς ῥαπίδ' Ἡφαίστῳ πτερόεις διεγερτικὸν Ἑρμῆ,
λείπεαι, ἶσα φέρειν οὐχ οἷός τε πέλεις.
σὺ φθίμενον ζωγρεῖς ἐπικήριον αὖθις ἐόντα·
ὃς δὲ νεοχμεῖται ἄτρυτα, γομφοπαγῆ.

ΜΟΛΙΝΕΟΣ.

AD CLARISSIMUM VIRUM

D. BONAVENTURAM VULCANIUM.

CONIUNCTAM *Marti Venerem quondam indice Phoebo*
Vulcanus tecto ut sensit adulterio,
Extemplo exarsit; laqueosque et daedala nectens
Retia, in amplexu detinuit medio,
Admisitque Deos. Dudum latuere reposti
Augusti Annales, Persicaque historia,
Pluraque, museio quae dudum emblemate struxit
Indelibatus flos populi AGATHIUS,
Nec spes ulla fuit, posse unquam lumen apisci
Extracta ex atris Invidiae tenebris,
Quum tu illa in dias produxti luminis auras,
VULCANI, *plures pectore habens genios.*
cipes inter eos viri haererent animi, quid agerent quove se verterent. Cum itaque ad quandam Caucasi montis convallem maximam gentis suae partem clam convocassent, ne inaudiri a Romanis quae tractabantur possent, proposuerunt ad deliberandum, utrum ad Persas transeundum esset, an vero apud Romanos adhuc manendum. Statim vero multi spargebantur sermones, aliis hoc, aliis illud urgentibus. Confusaneus vero et turbulentus clamor excitabatur, adeo ut neque quis diceret, neque quid diceret, aperte discerni posset. Tum principes indicto multitudini silentio, iubent ut qui quid facto opus videretur composite proponere vellet, accederet, quicunque tandem is vel qualiscunque esset. Vir autem quidam spectabilis, Aeetes nomine, qui prae aliis omnibus factum hoc moleste indigneque ferebat, et alioqui Romani nominis osor Persicisque rebus semper studens, tunc et quidem magis specioso causae praetextu abutens factum ipsum supra quam par erat exaggerare nitebatur; asserens res praesentes deliberatione non egere, sed confestim apertissime ad Persas transeundum esse. Aliis vero contra dicentibus, non oportere ita repente totam vitam immutare, priusquam lentiore deliberatione habita, quod maxime e re foret compertum exploratumque esset; tum ille ira concitatus cum

ὁ δὲ ἀναστὰς σὺν ὀργῇ, καὶ προπηδήσας ἐς μέσους, ἐδημηγό- A. C. 554
ρει καθάπερ ἐν δημοκρατικῷ βουλευτηρίῳ. ἦν γὰρ καὶ λέγειν I. I. 28
δεινὸς πλέον ἢ κατὰ βαρβάρους, καὶ οἷος τοῖς νοήμασι ῥητο-
ρεύειν φύσεως δεξιότητι. καὶ τοίνυν ἔλεξε τοιάδε·

θ'. „Εἰ μὲν ἐν λόγοις ἡμᾶς καὶ βουλαῖς ἠδίκουν Ῥωμαῖοι,
καλῶς ἂν καὶ ἡμεῖς τοῖς ὁμοίοις αὐτοὺς ἀμυνόμενοι διετελοῦ-
μεν· νῦν δὲ πῶς ἀνεκτὸν, τοὺς μὲν ἤδη τὰ πάντων δεινότατα
δεδρακέναι, ἡμῖν δὲ τὸν τοῦ ἀντιδρᾶσαι καιρὸν εἰς τὸ μέλλειν D
καὶ βουλεύεσθαι διαῤῥυῆναι; οὐ γὰρ δὴ πάρεστι λέγειν ὡς πο-
λέμιοι μὲν οὔπω τοῖς ἔργοις ὄντες πεφώρανται, εἰκασθεῖεν δὲ
ἂν μόνον μελετῶσι τοῦτο καὶ βουλομένοις, οὐδὲ τεκμηρίων τι-
νῶν ἐπιμνησθῆναι δεήσει πρὸς ἔλεγχον δῆθεν ἐπιβουλῆς λαν-
θανούσης. ἀλλὰ Γουβάζης μὲν, ὁ τηλικοῦτος, οὕτω πως ἀθλίως
ἠφάνισται ὥσπερ τις τῶν πολλῶν καὶ ἠμελημένων. οἴχεται δὲ
φροῦδον τὸ παλαιὸν τῶν Κόλχων ἀξίωμα, καὶ τολοιπὸν οὐ
τοῦ ἄρχειν ἑτέρων ἀνθεκτέον ἡμῖν, ἀλλ' ἀγαπητέον εἴπερ ἐξῇ
τῶν πρώην ὑπηκόων μὴ σφόδρα μειονεκτεῖσθαι. πῶς οὖν οὐ
λίαν παράλογον, εἰ περὶ τῶν οἷς ταῦτα κατείργασται καθε- P. 82
δούμεθα διασκοποῦντες, πότερον αὐτοὺς ἐχθίστους ἢ φίλους
εἶναι κρινοῦμεν; καίτοι γιγνώσκειν χρεὼν, ὡς οὐδὲ μέχρι V. 59

1. προσπηδήσας R. 5. ἡμᾶς R. et Intpr., ὑμᾶς vulg. 6. αὐτοὺς add. ex R. et Intpr. *in eos.* 13. ὁ τηλικοῦτος R., ὁ τηλίκος vulg. 16. ἀγαπητὸν R. 18. καθεδούμεθα R. (Cl.), καθεδουμένων vulg. et Lugd., in quo m. 2. correxit: καθεδούμενοι, Intpr. *si sedendo consultemus.*

assurrexisset et in medios prosiliisset, concionem habuit veluti in senatu populari. Erat enim eloquentior, quam solent esse barbari, quique sententiis ipsis oratorem agere poterat, naturae dexteritate adiutus. In hunc itaque modum verba fecit:

9. „Si verbis nos aut consiliis laesissent Romani, recte profecto etiam nos similibus rebus iniuriam vindicaremus. Nunc vero quonam pacto hoc sit tolerandum, illos quidem atrocissimis malis nos affecisse, nobis vero compensandae iniuriae occasionem cunctando et deliberando effluere? Neque enim dici potest, quod nondum quidem hostes rebus ipsis factisque sint deprehensi, sed tantum verisimile sit, eos hoc molitos esse atque in animo habuisse; neque necesse est, argumenta quaedam commemorare ad latentes scilicet et tectas ipsorum insidias probandas; sed Gubazes quidem vir tantus adeo misere e medio sublatus est veluti aliquis e multis et neglectioribus. Evanuit iam vetus illa Colchorum dignitas, neque deinceps nobis danda est opera, ut aliis imperemus, sed eo contenti simus, si liceat ab iis, qui olim nobis subditi fuerunt, non pessime tractari. Quo pacto vero non sit valde absurdum, si de iis, qui haec perpetrarunt, sedeamus deliberantes, utrum eos inimicissimos, an vero amicos declaremus? Atqui ita statuamus oportet, non intra hosce terminos eorum audaciam substituram, sed nobis crimen hoc negligen-

A. C. 554 τούτων αὐτοῖς τὸ θράσος ἐστήξει· ἀλλὰ, καὶ μεθιέντων ἡμῶν
I. I. 28 τὸ ἐπίκλημα οἶδε οὐκ ἀφέξονται, καὶ ἠρεμοῦντας ἀδεέστερον λυμανοῦνται. εἰσὶ γὰρ ἀμέλει θαῤῥαλεώτεροι πρὸς τοὺς ὑπείκοντας, καὶ ὑπερφρονεῖν εἰθισμένοι τὸ θεραπεῦον. ἔχουσι δὲ καὶ βασιλέα πανουργότατον, καὶ ταῖς μεταβολαῖς τῶν ἀεὶ παρόντων ἡδόμενον· ὅθεν δὴ καὶ τὰ τῆς μιαιφονίας ἀθρόον διήνυσται, τοῦ μὲν ἐμβριθῶς ἐγκελευσαμένου, τῶν δὲ προθύμως ὑπηρετησάντων. καὶ πεπορθήμεθα μονονουχὶ πρὸς αὐτῶν, οὔτε
B ἀδικήματος ἄρξαντες, οὔτε τινὸς ἔχθους συμβάντος, ἀλλ' ὁποίας πρότερον εἴχοντο συνηθείας, τῆς αὐτῆς ἔχεσθαι δοκοῦντες, πεπράγασιν ὅμως τὰ πάντων ἀνοσιώτατα, ὥσπερ αὐθωρὸν ἀναπλησθέντες ὠμότητος καὶ μανίας καὶ μίσους καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν τοιῶνδε. ἀλλ' οὐ τὰ Περσῶν ἤθη τοιάδε, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. φίλους τε γὰρ οὓς ἂν ἐξαρχῆς κτήσαιντο βεβαιότατα στέργειν πειρῶνται, καὶ τὴν ὀργὴν πρὸς τὸ ἀντίπαλον διατηροῦσιν ἔστ' ἂν ἀντίπαλον ᾖ. ἠβουλόμην μὲν οὖν τῇ Κολχικῇ πολιτείᾳ τὴν παλαιὰν δύναμιν προσγενέσθαι, ὡς μηδαμῶς αὐτὴν ξένης τινὸς καὶ ἐπήλυδος ἐπικουρίας προσ-
C δεῖσθαι, ἀλλ' εἶναι τοῖς πᾶσιν ἔς τε πόλεμον καὶ ἐς εἰρήνην αὐταρκεστάτην. ἐπεὶ δὲ, εἴτε χρόνου διαφορᾷ, εἴτε τύχης ἐναντιώμασιν, εἴτε καὶ ἀμφοτέροις, ἐκβιασθέντες, εἰς τοῦτο ἥκο-

2. *ἠρεμοῦντες* R. 3. *θαῤῥαλεώτεροι* R., *θαῤῥαλεώτατοι* vulg. 15. *πρὸς τὸ ἀντίπαλον* R., *ἐς τὸ ἀντ.* vulg. 16. *ἂν* R., om. vulg. *ἦν* pro *ᾖ* R. 19. *καὶ* om. R. 20. *διαφορᾷ* R., Intpr. *temporum varietate*, *παραφορᾷ* vulg.

tibus illos non destituros, sed quietos nos minore cum metu maioribus malis affecturos. Sunt enim ut plurimum ferocissimi in subditos, et clientes suos despectui habere consueverunt. Habent vero etiam regem versutissimum quique praesentium semper rerum mutatione delectatur; unde et factum est, ut haec caedes confestim fuerit perpetrata, ipso quidem acriter incitante, his vero prompte ministrantibus. Et devastati tantum non ab ipsis sumus, cum nulla eos iniuria provocaverimus, neque ulla simultas cum eis intercesserit; sed eadem qua antehac nobiscum consuetudine utentes, atrocissima iniquissimaque in nos commiserunt, tanquam repente unoque temporis momento crudelitate, insania, odio, omnibusque aliis id genus malis repleti. At Persarum non istiusmodi sunt mores; plurimum profecto interest. Quos enim semel amicos fuerint nacti, eos firmissima amicitia complecti pergunt; in hostem vero, quamdiu est hostis, infensos infestosque animos gerunt. Optarim equidem Colchorum rem publicam pristina vigere potentia, ita ut externis ac peregrinis auxiliis non indigeret, sed ipsa sibi rebus omnibus pace belloque sufficeret. Cum vero sive temporis varietate, sive fortunae adversitatibus, sive etiam utroque compulsi, eo impotentiae venerimus, ut aliis subditi simus, consultissimum duxerim illis subesse,

μεν ἀσθενείας, ὡς ὑφ' ἑτέροις τετάχθαι, κράτιστον οἶμαι προσχωρεῖν A. C. 554 τοῖς ἐμφρονεστέροις, καὶ τὴν εὔνοιαν πρὸς τὸ οἰκεῖον I. I. 28 καὶ ἔνσπονδον ἐν τῷ ἀτρέπτῳ παρεχομένοις. οὕτω δὲ καὶ περιεσόμεθα τῶν ὡς ἀληθῶς πολεμίων, τῷ μήτε παντάπασι τὸ φθάσαν ἀτιμώρητον καταλειφθῆναι, καὶ τοῦ μέλλοντος πέρι, ὅπως ἐν τῷ ἀσφαλεῖ κείσεται, τὰ δέοντα παρεσκευάσθαι. τὸ μὲν γὰρ ὕπουλον ἐκεῖνο τοῦ τρόπου καὶ βωμολόχον, ὃ προβαλλόμενοι μετὰ πρᾳότητος δολερᾶς καὶ ὁμιλίας μεμηχανημένης τοὺς D πιστεύοντας ἀδικοῦσι, περιττὸν ἔσται καὶ ἀνόητον, καὶ οὐχ ἕξουσιν ὅπως αὐτῷ χρήσονται καθ' ἡμῶν διὰ τὸ ἄμικτον τῆς δυσμενείας καὶ περιφανῶς ἀποκεκριμένον. εἰ δὲ καὶ πολεμεῖν πειραθεῖεν, ἀλλὰ πρὸς Λαζοὺς ἅμα καὶ Πέρσας παραταττόμενοι, καὶ ταῦτα ἐν πολεμίᾳ γῇ, τὸ γοῦν ἐντεῦθεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τὴν ὁρμὴν ὑποσταῖεν. οἵ γε καὶ ἀρτίως παντὶ τῷ στρατῷ μοίρᾳ τινὶ τῶν Μήδων ἐλαχίστῃ προσμίξαντες καὶ πρὸς φυγὴν εὐθὺς αἰσχίστην τραπέντες, μέχρι καὶ νῦν μονονουχὶ πνευστιῶσιν ὑπὸ τοῦ δρόμου, ἅπασι μὲν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἄλλοις ἐλαττωθέντες P. 83, μόνῳ δὲ τῷ τάχει τοὺς διώκοντας νενικηκότες.

ι΄. „Τούτου δὲ τὸ μὲν ἐμφανὲς καὶ προχειρότατον αἴτιον ἀνανδρίαν εἴποι τις ἄν, καὶ τὸ μὴ τὰ προσήκοντα βεβουλεῦσθαι. πρόσεστι γὰρ αὐτοῖς ὡς ἀληθῶς καθάπερ οἰκεῖα καὶ συγ-

10. χρήσονται R., χρήσωνται vulg. 14. κἂν ἀρτίως R. 15. προσμίξαντες καὶ add. ex R. et Intpr. *ubi — manus conseruissent.* 18. νενικηκότες R., νενικηκέναι vulg. 20. ἀνανδρείαν R. προσήσοντα Sph. Par.

qui moderatiores aequabilioresque sunt, quique benevolentiam in suos et in foederatos sartam tectam conservant. Ita vero superiores evademus iis, qui vere nobis sunt hostes, si neque omnino commissum facinus impune abeat, simulque in posterum securitati rerum nostrarum consuluerimus. Nam subdoli eorum et blandi mores, quos prae se ferentes dolosa quadam lenitate fictitiaque familiaritate credulos fallunt iniuriisque afficiunt irriti plane et inutiles erunt; neque ipsis facultas suppetet adversus nos iis utendi, cum nulla nobis ob hostilitatem consuetudo cum eis sit intercessura, sed aperte disiuncti simus futuri. Quod si vero etiam bello nos aggredi tentarint; si adversus Lazos simul et Persas congrediendum fuerit et quidem in hostili regione, ne primum quidem eorum impetum sustinere possint, qui modo cum universo exercitu ab exigua quadam Medorum manu confestim in turpissimam fugam versi, et adhuc tantum non prae cursu anhelantes spiritum trahunt; et omnibus quidem, ut ita dicam, aliis victi, sola vero celeritate insequentes Persas vicerunt.

10. Huius vero rei apertissima expeditissimaque causa ignavia merito dicatur et consiliorum pravitas. Adhaerescunt enim ipsis revera tanquam propria atque innata haec probra; ad quae a natura insita

A.C. 554 γενῆ καὶ τὰ τοιαῦτα ὀνείδη· πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἐκ φύσεως μο-
I. I. 28 χθηροῖς τὸ αὐθαίρετον ἀδίκημα προστεθὲν, ἐδιπλασίασεν αὐτοῖς τὸ ἀτύχημα, τῆς τοῦ κρείττονος προμηθείας διὰ τὸ ἄγος ἐκπεπτωκόσι. τὸ γὰρ νικᾷν οὐχ οὕτω τοῖς ὅπλοις, ὅσον τῷ εὐσεβεῖ βεβαιοῦται· καὶ οὐκ ἂν ποτε μετεῖναι φήσαιμι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ συμμαχίας πονηροῖς ἀνδράσι καὶ μιαρωτάτοις. τούτοις
B οὖν, εἴπερ εὖ φρονοῦμεν, οὐ προσεκτέον, οἷς οὔτε τὰ τῆς γνώμης ἄριστα σύγκειται, καὶ τὸ σώζειν ἅπαντα πεφυκὸς νεμεσᾷ. ὡς μὲν οὖν ἡ προσχώρησις ἡμῖν εὔκολος ἔσται καὶ προσφορωτάτη καὶ τῷ κρείττονι κεχαρισμένη, διὰ τῶν πραγμάτων μᾶλλον ἢ τῶν λόγων δεδήλωται. οὐ μὴν οὐδὲ ἀδικεῖν δόξοιμεν ἂν, οὐδὲ ἄπιστοι καθεστάναι. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ πρότερον ὑπὸ Ῥωμαίων προπηλακιζόμενοι, ἐμμένειν καὶ ὧς τοῖς
V. 60 καθεστηκόσιν ἡγούμεθα χρῆναι, φαυλότατον εἶναι κρίνοντες τὸ μεταβάλλεσθαι ῥᾳδίως ἐπί τισιν αἰτίαις, εἰ καὶ δεινόταται εἶεν, φορηταῖς δὲ ὅμως καὶ οὐ παντάπασιν ἀνυποίστοις. τὸ δὲ καὶ μεγίστας βλάβας καὶ ἀνήκεστα πάσχοντας φέρειν διαπαντὸς ἀταλαιπώρως, καὶ πρὸς μηδὲν ὁτιοῦν ἄχθεσθαι τῶν ἀνοσίων
C ἔργων καὶ ἀτοπωτάτων, οὐ σωφρονούντων ἀνδρῶν εἶναί φημι, ἀλλὰ δειλῶν καὶ ἀθλίων, καὶ τὴν περὶ τὰ κοινὰ ῥᾳθυμίαν τῷ τῆς ἀπραγμοσύνης ὀνόματι σοφιζομένων. τούτου δὲ τοῦ τῆς

4. τῷ εὐσεβεῖ R., τῷ εὐσεβεῖν vulg. 9. Exciditne πρὸς τοὺς Πέρσας ante προσχώρησις? 11. τῶν ante λόγων om. R. δόξοιμεν R. (Cl.), δόξειεν vulg. 16. δὲ ante ὅμως ins. ex R. et Intpr. 17. ἀνήκεστα R. et Intpr. ut videtur, ἀνηκέστους vulg.

vitia cum accesserit voluntarium scelus, duplicavit eis malum, quippe qui a divina numinis cura ob piaculare facinus admissum exciderunt. Victoria enim non tam armis quam pietate stabilitur; neque unquam summae illius bonitatis auxilium sceleratos et piaculares homines consecuturos existimaverim. His itaque, si sapimus, nequaquam est adhaerendum, quibus neque mens est optime constituta, et is a cuius manu omnium salus dependet, est infensus. Ostensum ergo est aperte rebus ipsis potius quam verbis, nostrum ad Persas transitum facilem maximeque conducibilem nobis, et Deo imprimis gratum fore. Sed neque inique fecisse aut infidi fuisse videbimur. Nam et antea saepenumero a Romanis contumeliis lacessiti, tamen vel ita in eodem statu permanendum duximus; vanissimum esse iudicantes facile immutari causis aliquot oblatis, quae ut sint gravissimae, ferri tamen possint, neque sunt prorsus intolerabiles. At vero cum extremis atque irremediabilibus malis afficiamur, facile id semper minimeque moleste ferre, neque ullis iniquis atrocissimisque factis offendi, dixerim non esse hominum moderatorum, sed timidorum et miserorum, suamque circa publicum vaecordiam curiositatis fugam falsa appellatione vocantium. Hoc autem caedis scelere neque atrocius ullum apud alios per-

μιαιφονίας πάθους οὐκ ἂν οἶμαι παρ' ἑτέροις μεῖζόν τι γένοιτο, A. C. 554
οὔτ' ἂν γενόμενον περιοφθείη. οὔκουν οὐδὲ ἡμῖν περιοπτέον, L. L. 28
αἰσχυνομένοις εἴ γε φανείημεν τοῦ βασιλέως ἐπιλελησμένοι, καὶ τοὺς ἀπεκτονότας ὑποθωπεύοντες. εἰ γὰρ οἷόν τε ἦν αὐτὸν ἐνθάδε παρεῖναι, πάντως ἂν ἐπεκάλει καὶ κατεμέμφετο τῆς ἡμετέρας ὀλιγωρίας, ἀνθ' ὧν οἱ ἀλιτήριοι οὗτοι κατὰ τὴν ἐκείνου γῆν ἔτι ἐνδιαιτῶνται, καὶ οὐ πολλῷ πρότερον ἐξελήλανται. D
ἐπεὶ δὲ οὔτε παρέσται τολοιπὸν, οὔτε φθέγξεται, ὑμεῖς ἀναλογίσασθε τὸν ἄνδρα, καὶ ὡς ἐν μέσῳ τοῦ συλλόγου παρεστὼς οὕτω ταῖς ἐννοίαις ὑμῶν ἀνατυπούσθω, ἐπιδεικνὺς μὲν τὴν σφαγὴν καὶ τὸ στῆθος καὶ τὸν αὐχένα, ἱκετεύων δὲ τὸ ὁμόφυλον νῦν γοῦν τίσασθαι τοὺς πολεμίους. εἶτα τίς ἂν ὑμῶν ἀποδέξοιτο διαπορούντων καὶ σκοπουμένων, εἰ δίκαιον πρὸς τῶν Κόλχων οἴκτου τυχεῖν τὸν Γουβάζην; εὐλαβητέον γὰρ ἡμῖν, ὅπως μὴ τὸ οὐκ εὐπρεπὲς δῆθεν τῆς μεταστάσεως δε- P. 84
διότες, μεθέξομεν τοῦ μιάσματος, καταπροέμενοι καὶ παρέντες τὸ τιμωρεῖν τῷ τεθνηκότι, καὶ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἄπιστοι δόξομεν, εἴ γε τῷ βίῳ μόνον ἐκείνου τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν ἀναμετρήσαντες, συναποβάλωμεν αὐτῷ καὶ τὴν μνήμην. καλῶς μὲν γὰρ τῶν πραγμάτων χωρούντων, πολλὴ ἄνοια τὰ προεγνωσμένα μεταμανθάνειν· ἐναντίως δέ που φερομένων, ἀσύμφορον οἶμαι τὸ μὴ οὐχὶ θᾶττον ἁρμόζεσθαι τῷ προσπί-

3. εἴ γε R., εἴ που vulg. 8. ἀναλογίσασθαι R. 11. καὶ τὸ στῆθος R., ὑπὸ τὸ στ. vulg. et Intpr. 12. ὑμῶν R. et Intpr., ἡμῶν vulg. 13. σιωπουμένων R. 18. δόξωμεν R. et Lugd.

petrari queat, neque perpetratum negligatur. Quocirca neque nobis negligendum est, ad quorum ignominiam pertinebit, si quando visi fuerimus obliti regis, interfectoribus adblandientes. Si enim fieri posset, ut ipse nunc coram sisteretur, acriter profecto vos increparet, et negligentiae contemptusque sui insimularet, quod scelerati isti suis adhuc in terris degant, neque multo ante sint eiecti. Quoniam vero neque adfuturus est ipse deinceps, neque vos compellaturus, vos virum illum cum animis vestris reputate, et tanquam in medio huius concionis stans mentibus vestris repraesentetur, ostendens quidem vulnus et pectus et cervicem, gentique suae supplicans, ut vel nunc vindictam de hostibus sumant. Proinde quis vestrum eos admiserit, qui in dubium vocant et consultant, an aequum sit Colchos Gubazae commiseratione tangi? Verendum enim nobis est, ne cum metuimus, ut parum honestus noster ad Persas transitus videri possit, piaculi participes simus, deserentes eum mortuique vindictam negligentes; magisque ex eo perfidi censeamur, si vita tantum illius studium amoremque nostrum erga ipsum metientes, una cum ipso etiam memoriam abiiciamus. Rebus enim prospere succedentibus, magna dementia fuerit priora instituta immutare; cum vero contrario modo res ferun-

A. C. 554 I. I. 28 πτοντι. τὸ γὰρ βέβαιον ἐν τῷ εὐλόγῳ κρίνεσθαι χρὴ, καὶ τὸ ἐγκαρτερεῖν τοῖς παροῦσιν οὐκ ἐπαινετέον ἀεὶ, ἀλλ' ὅτε φρονήσει συμπαραγίγνεται. ἔνθα δὲ συμβαίνει ὧν μὲν δεῖ μεμνῆσθαι περιορᾶν, ἔχεσθαι δὲ τῶν οὐ προσηκόντων, ἐνταῦθα (B) τοῦ μεταβάντος ἐφ' ἕτερα ὁ βεβηκὼς ἐπὶ τοῖς προτέροις μεμπτότερος. ταῦτα δὴ οὖν οἱ Πέρσαι πυνθανόμενοι πρὸς ἡμῶν καὶ συνιέντες, στέρξουσιν ἡμᾶς εἰκότως, καὶ ὑπερμαχοῦνται, χρηστοί τε ὄντες καὶ μεγαλόφρονες, καὶ δεινοὶ τεκμαίρεσθαι τὰς γνώμας τῶν πέλας, καὶ πρός γε χώραν οὕτως ἐπικαιροτάτην καὶ δύναμιν ἀξιόχρεων, ἣν αὐτοὶ πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ πόνων ἔχειν τιμῶνται, εἰς συμμαχίαν αὐτεπάγγελτον προσλαμβάνοντες. μὴ τοίνυν ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα διανοεῖσθε, ἀλλ' εὐθὺς ἐπιχειρεῖν τοῖς πράγμασι, καὶ τὸ μελετηθὲν ἀνακαλύπτειν· (C) οὕτω γὰρ ἂν εὔκλειαν μεγίστην ἀροίμεθα, ὅσιά τε δρῶντες καὶ δίκαια, καὶ πρὸς τὸ συνοῖσον ἐξευρημένα."

ια'. Τοιαῦτα τοῦ Αἰήτου εἰπόντος, αὐτίκα ἅπας ὁ ὅμιλος ἐπῆρτο καὶ ἀνεβόα, καὶ αὐθημερὸν ἵεντο μετανίστασθαι, οὔτε τοῖς Πέρσαις προεγνωσμένον, οὔτε οὕτω παρεσκευασμένοι ὡς διαλαθεῖν τυχὸν ἢ καὶ ἀμύνασθαι τοὺς Ῥωμαίους διακωλύοντας, ἀλλὰ μηδὲν ὁτιοῦν τῶν ἐσομένων διανοούμενοι, μήτε

7. ὑμᾶς R. 8. τε om. R. καὶ ante δεινοὶ add. ex R. et Intpr. 11. πόνων Lugd. et Ed. pr., πόντων R., πόρων Par. ex coni. Bon. Vulc., Intpr. omisit. 14. μεγίστην R., ἀρίστην vulg. ἀροίμεθα R., ἑλοίμεθα vulg. 18. οὔτε οὕτω Lugd. et Ed. pr, οὔτε ὅτῳ R., οὔτε αὐτοὶ οὕτω Par.

tur, inconsultum putarim non statim eventibus accommodari. De constantia enim ex rebus rationi consentaneis fit iudicium. Praesentium vero rerum statum constanter tolerare, non semper est laudabile, sed quando una adest prudentia. Ubi autem contingit quae curae esse oportebat negligere, et quae non decet amplecti; ibi magis culpandus venit, qui prioribus adhaerescit atque insistit, quam qui ad alia se transfert. Haec itaque cum e nobis audierint intellexerintque Persae, amore suo merito nos complectentur et propugnabunt, cum sint humani pariter et magnanimi, quique finitimorum animos optime explorare norunt; et quod amplius est, regio adeo opportuna, adeoque insignis exercitus, quem illi multis pecuniis opibusque potiorem duxerint, spontanea denuntiatione in belli societatem ab ipsis fuerit admissa. Ne quid igitur aliud praeter haec cogitetis, sed statim rem ipsam aggredimini, et quod animo agitastis detegite. Ita enim et summam laudem consequemini aequa iustaque facientes, et ad vestram rem utilitatemque pertinentia.

11. Haec cum dixisset Aeetes, universa statim multitudo concitata est, et acclamavit, eoque ipso die ad Persas transire desiderabat, cum nec illi certiores essent facti, neque ipsi ita comparati, ut vel latere Romanos vel eos propulsare, si prohiberent, pos-

ὅποι αὐτοῖς ἐκβήσεται ἡ ἐπιχείρησις, ἀτάκτως ἠπείγοντο. προσ- A. C. 554
ὸν μὲν τοῦτο καὶ ἄλλως τοῖς πλήθεσιν, ἥδεσθαι τῷ νεωτε- I. I. 28
ρισμῷ καὶ ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων, οὗτοι δὲ καὶ μᾶλ-
λον ἠρεθισμένοι, οὐ μόνον οἷα δὴ βάρβαροι, ἀλλ' ὅτι τήν τε D
αἰτίαν εὔλογον εἶναι ἡγοῦντο, καὶ τοὺς λόγους ἐν μεγίστῳ
θαύματι ἐποιοῦντο, ὃ δὴ καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἀνεκίνει καὶ διε-
σόβει. οὕτω δὲ αὐτῶν ταραττομένων, ἀνήρ τις Φαρτάζης ὄνο-
μα, ὢν μὲν ἐν τοῖς μάλιστα παρὰ Κόλχοις, ἔμφρων δὲ καὶ
δημοτικὸς μάλα τοὺς τρόπους, ἐπέσχεν αὐτοὺς τῆς ὁρμῆς καὶ
ἀνέκοψεν, ἱκετεύσας μὴ πρότερον ἐπὶ τὴν πρᾶξιν χωρῆσαι, V. 61
πρίν τι καὶ αὐτοῦ λέγοντος διακούσαιεν. μόλις δὲ αὐτῶν πε-
πεισμένων τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα αἰδοῖ, καὶ κατὰ χώραν μεμενη-
κότων, παρελθὼν καὶ αὐτὸς ἐς μέσον, ἔλεξεν τοιάδε· „Εἰκότα P. 85
μὲν, ὦ ἄνδρες Κόλχοι, πεπόνθατε, λόγων δεινότητι σφόδρα
κεκομψευμένων τὰς γνώμας ἐκταραχθέντες. δυσμαχώτατον γάρ
τι τὸ χρῆμα καὶ οἷον ἅπαντας ἀνθρώπους ἐκπλήττειν, οὐχ
ἥκιστα δὲ τοὺς οὔπω πρότερον ἐς πεῖραν αὐτῶν καταστάντας·
οὐ μὴν παντάπασιν ἀνανταγώνιστον σώφρονι λογισμῷ, καὶ τῆς
ἐκ τῶν πραγμάτων κρίσεως ἐχομένῳ. μὴ τοίνυν ἀρεσκόντων
ὑμᾶς τὰ εἰρημένα, λογιζομένους ὡς τῷ ἀθρόῳ μόνῳ καὶ ἀσυν-
ήθει πεπίστευται, ἀλλ' οὐ τῷ πρέποντι καὶ ὠφελίμῳ. γινώ-
σκετε δὲ μᾶλλον, ὡς εἰ καὶ λίαν ὑμῖν κεχαρισμένα δοκεῖ, ἀλλ' B

1. ὅπῃ R. 6. διεσόβει R., ἀνεσόβει vulg. 7. Φαρτάξης R. in mg., Intpr. *Pharazes*. 12. κατὰ χώρας ἀμενηκότων R. 20. συνήθει R., Intpr. *consuetudine*. 21. ἀλλ' οὐ τῷ πρέποντι καὶ ὠφελίμῳ om. R. et Intpr.

sent; sed nihil plane eorum, quae eventura essent, cum animis suis perpendentes, neque quem exitum ipsorum conatus esset habiturus; familiare alioquin hoc est insitumque multitudini vitium, ut novitati studeat et mutationibus rerum delectetur. Hi vero etiam acrius irritati concitatique erant, non solum, ut barbari, sed etiam quod aequam causam esse censebant, et Aeetae orationem summopere essent admirati; quod quidem etiam vehementius ipsos commovit atque turbavit. Ita vero ipsis tumultuantibus, vir quidem Phartazes nomine, praecipuae cuiusdam inter Colchos auctoritatis, prudens etiam ac moderatus et valde popularis, compescuit eorum impetum, ardoremque restrinxit, precatus ne hoc negotium aggrederentur, anteaquam etiam se aliquid dicentem audissent. Aegre autem ipsis reverentia illius viri persuasis, suoque loco manentibus, progressus etiam ipse in medium, in hunc modum verba fecit. „Nihil novi vobis accidit, o Colchi, quod vi verborum valde speciosorum animis sitis perturbatis. Invicta enim res est eloquentia, quaeque omnes homines percellit, praecipue vero eos, qui nunquam antea eius periculum fecerunt; non ita tamen, quin ei resisti possit prudenti consideratione quaeque ex rerum delectu pendeat. Ne igitur quae di-

A. C. 554 ἔνεστι κρείττονα τούτων ἑλέσθαι· καὶ τὸ ῥᾳδίως ἀναπεισθῆναι
I. I. 28 τεκμήριον ὑμῖν ἐναργὲς τῆς ἀπάτης γινέσθω. τῷ γὰρ τὰ ψευδῆ
συμβουλεύοντι μείζονός τε κόσμου καὶ ποικιλίας ῥημάτων προσδεῖ· κἀντεῦθεν πολλῷ τῷ θέλγοντι χρώμενος, θᾶττον ἐφέλκεται τοὺς εὐηθεστέρους. οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, τοῦ Αἰήτου σοφίσματα προθέντος ἐπαγωγὰ καὶ παράλογα, οὐκ ἴστε ὅπως ἐφενακίσθητε· καίτοι εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἐκεῖνό γε καὶ λίαν ἐν προδήλῳ κείμενον εὕροι τις ἄν, ὡς ἄλλης τινὸς ζητή-
C σεως ἀρχὴν ἐμβάλλειν προήχθη τῶν ἐφ' ἃ πάρεσμεν ἀλλοτριωτάτην. καθάπερ γὰρ ὑμῶν ἁπάντων οὐ δεινὰ καθεστάναι τὰ συμβεβηκότα φασκόντων, καὶ τῆς ἀτόπου μιαιφονίας ἥκιστα καταμεμφομένων, καὶ τοῦτο μόνον διασκοπούντων εἴπερ ὡς ἀληθῶς ἡμαρτήκασιν οἱ τὸν Γουβάζην ἀπεκτονότες, παρῆλθεν κατηγορῶν ἐκείνων, καὶ πλείστους ὅσους προφερόμενος λόγους ἐπὶ τοῖς ἤδη διεγνωσμένοις. ἐγὼ δὲ καταράτους μὲν εἶναί φημι καὶ κακοδαίμονας, καὶ οἵους ἥδιστα θεασαίμην ἂν ὀλέθρῳ τῷ πάντων χαλεπωτάτῳ διωλλυμένους, οὐ μόνον τοὺς πλήξαντας,
D καὶ τὴν σφαγὴν ταῖς χερσὶν ἐπενεγκόντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι, παρὸν κωλύειν, ἐφῆκαν, πρὸς δέ γε καὶ τοὺς ἡσθέντας, καὶ τοὺς μὴ λίαν ὑπεραλγήσαντας. πλὴν ἀλλ' οὐκ, ἐπειδὴ ταῦτα γιγνώσκω, ἤδη που καὶ προσχωρεῖν τοῖς Πέρσαις συνοίσει·

2. *γινέσθω* R., *γενέσθω* vulg. 4. *ἐφέλκεσθαι* R. 6. *προθέντος* R. et Intpr. *proponente*, *προσθέντος* vulg. 14. *προσφερόμενος* R. 15. *μὲν* post *καταράτους* ins. R., om. vulg.

cta sunt, a vobis approbentur, considerantibus, quod repentino tantum et insueto, non autem honesto et utili probabilia sint visa. Intelligite vero potius, quod tametsi haec valde vobis grata videantur, meliora tamen his amplecti licet: evidensque vobis fraudis argumentum sit facile persuaderi. Nam ei qui falsa velit suadere, maiore ornatu varietateque verborum est opus; quocirca multo orationis lenocinio utens, simpliciores citius attrahit. Ita vero etiam vos, cum Aeetes illecebrosas quasdam fallacesque argutias adhibuerit, nescitis ipsi, quomodo decepti sitis. Et quidem ut nihil aliud, illud certe apertissime cuivis constare potest, quod aliam quandam statim initio quaestionem iniecerit, ab iis, quorum causa convenimus, alienissimam. Perinde enim atque vobis omnibus, non esse atrocia quae acciderunt, dicentibus, et turpem hanc caedem nequaquam accusantibus, atque hoc solum considerantibus, an revera deliquerint, qui Gubazem interfecerunt, illorum accusationem praeteriit, multaque verba de iis quae iam cognita sunt, consumsit. Ego vero execrabiles esse dico Deoque invisos, quosque libentissime viderim nece omnium atrocissima periisse, non tantum percussores, quique suis ipsorum manibus caedem perpetrarunt, verum etiam omnes eos, qui cum prohibere possent, permiserunt, et eos insuper qui gavisi sunt, et qui non magnopere indoluerunt. Neque

οὐδὲ τοῦτο λάβοι τις ἂν ὥσπερ ἑπόμενον τῷ λόγῳ καὶ συνημ- A. C. 554 μένον, ὡς, ἐκείνων παρανομησάντων, δεήσει καὶ ἡμᾶς τὰ οἰ- L. I. 28 κεῖα νόμιμα καταπροέσθαι· οὐδὲ ὡς ἀπίστοις μὲν αὐτοῖς ἄχθεσθαι, παραπλησίαν δὲ κτήσασθαι δόξαν. νῦν γὰρ οὐ τὸ φθάσαν καὶ διηνυσμένον, καὶ οὐκέτι τὴν τοῦ μὴ γεγονέναι φύσιν ἐπιδεχόμενον, ἀναλογίζεσθαι χρὴ, ὡς ἂν μὴ, σὺν τῷ θυμουμένῳ τῆς ψυχῆς καὶ χαλεπαίνοντι βουλευόμενοι, λάθοιμεν ἑαυτοὺς τὸ κρῖνον ἐπιθολοῦντες, καὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος εὕρεσιν προαφῃρημένοι· ἀλλὰ τοῦ μὲν πάθους ὑφελεῖν, εἰσόσον μὴ δοκεῖν ἠμεληκέναι, πρόνοιαν δὲ τῶν γοῦν λοιπῶν θέσθαι πραγμάτων, ὅπως ἄριστα καθεστήξῃ. ἀνοήτων μὲν γὰρ ἀνδρῶν P. 86 ἐπὶ τοῖς παρῳχημένοις κακοῖς ἀγανακτεῖν μέχρι παντὸς καὶ ἀνιᾶσθαι, σωφρόνων δὲ τὰς ἀτάκτους ῥοπὰς γιγνώσκειν τῆς τύχης, καὶ ταῖς μεταβολαῖς μὴ ταράττεσθαι, μηδὲ, τῶν προτέρων ἐστερημένους, συνδιαφθεῖραι καὶ τὰς τῶν μελλόντων ἐλπίδας.

ιβ'. „Ἀλλ' ὁ μὲν σύμβουλος πάλαι τὰ Μήδων φρονῶν καὶ μεθιστᾶν ἡμᾶς ἐπ' ἐκείνους γλιχόμενος, μορμολύττειν καθάπερ τοὺς παῖδας πειρᾶται, ὡς δὴ τοῖς Ῥωμαίοις οὐ τῶν τετολμημένων ἀποχρησόντων, ἀλλὰ μειζόνων προσεσομένων· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς καινουργότατος, καὶ τὰ τῆς μιαιφονίας αὐτὸς ἐγκελευσάμενος εἴη, σπουδασθὲν ἐκ πλείστου καὶ B

6. σὺν om. R. 19. ὡς δὴ R. Lugd. (Cl.), ὡς δὲ edd. 20. παρεσομένων R. 21. Mallem πανουργότατος: cf. p. 156. ed. Bonn. v. 5.

tamen, quamquam ita sum affectus, ad Persas transire expedit; neque quisquam hoc ita accipiat tanquam consectaneum rationi et annexum, quod, quia illi leges proculcarunt, oporteat etiam nos patriis institutis valedicere, neque ipsis quidem ut perfidis infensos esse, eandem vero quam ipsi opinionem tenere. Neque enim nunc id, quod praeteritum peractumque est infectumque reddi non potest, reputare oportet, ne videlicet animo ira indignationeque succenso deliberantes, imprudentes iudicium nostrum obfuscemus, sanioris potiorisque consilii inventionem nobis praeripientes; sed ita hoc malo affici, ut non neglexisse id videamur, prospicere vero, ut reliquae res quam optime constituantur. Dementium enim est, ob praeterita mala perpetuo angi atque discruciari; sapientium vero, inordinata fortunae momenta cognoscere, et mutatione vicissitudineque rerum non commoveri, neque, prioribus privatos, futurorum etiam spem omnem abiicere.

12. Sed hic quidem consultor cum iamdudum Persarum sit studiosus, nosque ad illos transire peroptet, perterrefacere nos ut pueros conatur; quod Romani iis, quae iam in nos ausi sunt, contenti non sint futuri, sed atrocioribus malis affecturi; quodque rex ipsis sit novarum rerum studiosissimus, ipseque auctor impulsorque fuerit caedis multo antea tempore deliberatae et procuratae; atque

A. C. 554 I. I. 28 βεβουλευμένον· καὶ ταῦτα φάσκων, ἀνυμνεῖ τοὺς Πέρσας καὶ ὑπεράγαται, πείθειν ἡμᾶς ἐντεῦθεν οἰόμενος ἱκέτας εὐθὺς καὶ αὐτομόλους γενέσθαι τῶν φύσει πολεμιωτάτων. πρὸς τοῦτο γὰρ ἅπασαν ἔχει τὴν ἀναφορὰν, ὠδίνων ἐξαρχῆς καὶ μηχανώμενος ὡς ἂν αὐτῷ τὰ μεμελετημένα πρὸς ἔργον ἐκβαίη, καὶ V. 62 σὺν τῷ ἀνεξετάστῳ προτρέπων, τὴν τῆς βουλῆς τάξιν συγχεῖ καὶ ταράττει, καὶ πρὸς τὸ ἀνόνητον μεταβάλλει. ἡ μὲν γὰρ προτερεύειν ἔλαχεν ἀεὶ καὶ ἡγεῖσθαι, βάσανον ἐμποιοῦσα τοῖς οὔπω προδήλοις· μόλις δὲ τοῦ πρακτέου διαγνωσθέντος, τότε C δὴ παρεῖναι χρεὼν τὸ ἐθέλειν τυχεῖν καὶ ἐφίεσθαι τῶν αἱρεθέντων. ὁ δὲ τὸ πέρας ἀρχὴν πεποίηται, ἑλόμενος ἤδη πρίν τι σαφῶς διασκοπῆσαι. ποῖον τοίνυν τὸ ἐκ τῆς βουλῆς ὠφέλιμον, εἴπερ τῆς κρίσεως ἐν ὑστέρῳ παρῇ; ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Κόλχοι, μηδαμῶς τὰς γνώμας ἑτέρῳ τῳ κατειλημμένοι, καὶ πρὸς ἕν τι τέλος προδιωρισμένον ὁρῶντες, οὕτως ἐπὶ τὰς ζητήσεις χωρεῖτε. πῶς γὰρ καὶ ἔνεστι [τὰς] τῶν πραγμάτων μεταβάσεις βιάζεσθαι καὶ πρὸς τὸ ἀρέσκον μετασκευάζειν; τοὐναντίον γὰρ τούτοις ἕπεσθαι κοσμίως προσήκει, καὶ τὸν λογισμὸν ἐπ' αὐτὰ μεθιέναι καθαρὸν καὶ αὐτόνομον, ὥστε κατὰ D σχολὴν τὰ προστυχόντα διευκρινήσαντα, τοῦ συνοίσοντος ἐφι-

7. ἀνόνητον R. idque coni. B. Vulcanius, Intpr. *ad id, quod inutile est*, ἀνόητον vulg. 13. ὑμεῖς R. et Intpr., ἡμεῖς vulg. 16. γὰρ καὶ ἔνεστι [τὰς] τῶν πραγμάτων μεταβάσεις βιάζεσθαι καὶ addidi ex R. (ubi τὰς desideratur) et Intpr. *possunt namque nescio quo pacto violari rerum eventus et ad animi voluptatem traduci*, nisi tamen hic pro μεταβάσεις, ἀποβάσεις legebat. 20. τὰ προστυχόντα R. Lugd. et Intpr. *casus*, τὰ προσχόντα vulg.

haec dicens, Persas miris laudibus extollit, persuasurum se nobis hac ratione credens, ut supplices spontaneique transfugae fiamus iis, qui nobis natura sunt infestissimi hostes. Nam ad hunc unicum scopum collimat, hoc iam ab initio parturit et enititur, ut quae studiose procuravit, perficiantur; et inconsulte suadens consultationis ordinem confundit ac turbat, inutilisque ut sit efficit. Consultatio enim semper praecedere consuevit, res non plane manifestas examinationi subiiciens. Ubi vero tandem quid facto sit opus, est percognitum, tum sane necesse est ut adsit voluntas et desiderium consequendi ea, quae sunt placita atque decreta. Hic autem ex fine principium facit, decernens iam, priusquam aliquid perpenderit. Quisnam igitur fuerit consultationis fructus, si iudicio est posterior? Vos autem, o Colchi, animis nullo praeiudicio occupatis, et ad unum aliquem praestitutum finem vos dirigentes, ita ad consultationes accedite. Qui enim possunt rerum vicissitudines vi arcessi et ad animi voluntatem traduci? Contrarium enim his ordinem sequi oportet, intellectumque purum ac liberum suique iuris adferre, ut rebus accurate perpensis, quod consultissimum maximeque ex re est, exsequamur. Sic itaque consultantibus nobis statim apparebit

κέσθαι. οὕτω γὰρ ἡμῖν βουλευομένοις αὐτίκα φανεῖται, ὡς A. C. 554 οὔτε ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων, οὔτε μὴν τῶν στρατηγῶν I. I. 28 ἁπάντων, πολλῷ δέ γε μᾶλλον οὐδὲ τοῦ σφῶν βασιλέως τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐπὶ Γουβάζην συνέστη. διατεθρύλληται γὰρ ἤδη παρ' αὐτοῖς καὶ ἀνωμολόγηται, ὡς Ῥούστικος καὶ Μαρτῖνος, βασκήναντες αὐτῷ τῆς εὐτυχίας, εἰς αὐτεπάγγελτον ἤλασαν κακοδαιμονίαν, τῶν ἄλλων ἡγεμόνων οὐχ ὅπως συλλαβομένων, ἀλλὰ καὶ περιφανῶς ἀνιαθέντων. ἄδικον οὖν οἶμαι καὶ πρός γε ἀσύμφορον, ἑνὸς ἐξ ἁπάντων ἀνδρὸς ἢ καὶ δυοῖν τυχὸν ἡμαρτηκότοιν, ἐξυβρίσαι μὲν εἰς τοὺς κοινοὺς νόμους, οὓς στέργειν προὐθέμεθα, πολιτείαν δὲ σύμπασαν καὶ δίαιταν συνήθη καὶ P. 87 φίλην οὕτω πως ῥᾳδίως ἀποσκευάσασθαι, τῶν δὲ τὴν χώραν φρουρούντων, καὶ πολλοὺς ὅσους κινδύνων ἀναδεχομένων, ὡς ἂν ἡμῖν ἐν εὐπαθείᾳ βιοτεύειν ἐξῇ, προδότας δειχθῆναι, καὶ τὸ δὴ πάντων ἀνοσιώτερον, δόξαν ὀρθὴν πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν τῶν ἱερῶν ἀποῤῥήτων σεμνότητα περιφρονῆσαι. πῶς γὰρ οὐ τοῦτο φανούμεθα δρῶντες, εἰ προσχωρήσαιμεν τοῖς τοῦ κρείττονος ἐναντιωτάτοις; εἰ μὲν γὰρ διακωλύσαιεν ἡμᾶς ταῖς αὐταῖς ἁγιστείαις ἐμμένειν, καὶ μεταστήσαιεν πρὸς τὴν σφετέραν, τί τούτου πεισόμεθα χαλεπώτερον, περιόντες τε καὶ τεθνηκότες; τί δὲ κερδανοῦμεν ἅπασαν τὴν Περσίδα (θῶμεν γὰρ οὕτω) προσλαμβάνοντες, τὰς δὲ ψυχὰς ἐζημιωμένοι; εἰ B

1. ἡμῖν R. et Intpr, ὑμῖν vulg. 6. ἤλασαν R. (Cl.), ἤλασε vulg. 7. συλλαβομένων R., συλλαμβανομένων vulg. 9. ἀσύμφορα R. 13. φρουρούντων — δειχθῆναι om. R. Igitur κινδύνων solus Lugd. pro quo Cl. corr. κινδύνους. 14. ἐξῆν Sph. Par. 17. φακοῦμεν R.

quod neque a Romanis legionibus, neque a praefectis universis, multo vero minus ab ipso eorum Imperatore insidiae Gubazi fuerint structae. Pervulgatum enim iam apud ipsos et in confesso est, quod Rusticus et Martinus prosperae illius fortunae invidentes in ultroneam animi feritatem sint abrepti, reliquis ducibus non solum non adiuvantibus, verum etiam acerbe ferentibus. Iniquum itaque et praeterea inutile fuerit, ob unius fortassis atque alterius culpam publicas leges, quas observare constituimus, proterve violare, universumque vitae nostrae institutum, cui amice assuevimus, adeo leviter immutare, eorum vero, qui in praesidiis provinciae pro nobis, ut tranquille iucundeque vivamus, excubant, proditores ac desertores declarari; et quod omnium est maxime impium, rectam de religione et sacrorum mysteriorum dignitate opinionem atque doctrinam aspernari. Quo pacto enim non id facere videbimur, si ad infensissimos divini numinis hostes concesserimus? Si enim illi prohibuerint, ne nostram deinceps religionem colamus, sed ad suam nos adegerint, quid gravius nobis accidere possit, superstitibus pariter et mortuis? Quid enim lucri fecerimus, si universam (faciamus ita

A. C. 554 δέ γε καὶ μεθεῖεν καὶ συγχωρήσαιεν, ἀλλ' οὐ βεβαίαν ἡμῖν τὴν L. I. 28 εὔνοιαν ἕξουσιν, ὕπουλον δὲ μᾶλλον καὶ σφαλερὰν, καὶ μόνῃ τῇ χρείᾳ συμμετρουμένην. ἄμικτον γὰρ ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸ ἑτερόγνωμον, καὶ οὔτε δέους προσπεσόντος, οὔτε τινὸς εὐεργεσίας ἡγησαμένης, μόνιμος αὐτοῖς ἐγγίγνεται πίστις, πλὴν εἰ μὴ καὶ ταῖς δόξαις ὁμοφρονοῖεν· τό τε συγγενὲς καὶ ἴδιον καὶ ὁμόφυλον, εἰ τοῦδε λειπόμενα τύχοιεν, ὀνόματι μόνῳ τὴν οἰκείωσιν ὑποφαίνει, τοῖς δὲ ἔργοις ἀλλοτριοῦται. ἀντὶ ποίων τοίνυν ἀγαθῶν, ὦ ἄνδρες Κόλχοι, πρὸς Πέρσας μεταβησόμεθα, εἴ γε καὶ ὥς ἔσονται δυσμενεῖς, καὶ μηδὲν ἡμῖν πλέον C ἔσται τοῦ παρόντος, ἢ μόνον τὸ ῥᾷον βλάπτεσθαι πρὸς αὐτῶν, ὅσῳ τοῦ ἐμφανοῦς τὸ διαλανθάνον ἀφυλακτότερον; ἀλλὰ γὰρ, εἰ δοκεῖ, συγκεχωρήσθω, μήτε ἄδικον εἶναι τοὐγχείρημα, μήτε τοῦ πρέποντος ἐστερημένον, καὶ ὁμολογείσθω τὰ Περσῶν ἤθη βέβαια καὶ πιστὰ καὶ οἷα διαπαντὸς ἐμμένειν ταῖς ἐσομέναις συνθήκαις. εἰ γὰρ καὶ ταῦτα δοθεῖεν, καὶ μηδὲν ἡμῖν τῶν ἄλλων ἐμποδὼν ἔσται, ἀλλὰ τὰ τῆς δυνάμεως οὐκ ἀρκέσει. πῶς γὰρ ἂν μεταχωρήσαιμεν ἐφ' ἑτέρους, ἐφεστηκότων ἡμῖν τῶν Ῥωμαίων, καὶ οὕτω πολλῶν καὶ ἀνδρειοτάτων καὶ ὑπὸ κρα- D τίστοις στρατηγοῖς ταττομένων; πῶς δὲ καὶ οἷόν τε μὴ οὐχὶ ποι-

1. καὶ ante μεθεῖεν add. ex R. et Intpr. *vel.* 3. Pro γὰρ Par. καί. 10. πλέον ἔσται R., ἔσται πλέον vulg. 13. συγκεχωρήσθω R. (CL), συγκεχωρείσθω vulg. 20. τεταγμένων R.

esse) Persiam nobis adiunxerimus, animarum vero iacturam fecerimus? Quod si vero permiserint et concesserint, firma tamen benevolentia nos nequaquam prosequentur, infida vero et dubia, quamque sola utilitate metiantur. Neque enim inter eos, qui diversis opinionibus sunt imbuti, societas constare potest; et neque incidente metu, aut beneficio nullo interveniente, fides ipsis constans et firma permanet, nisi etiam opinionum consensus accedat. Quin et cognati, affines et contribules, si hac animorum opinionumque convenientia destituantur, nomine solo amicitiam prae se ferunt, re vero ipsa sunt alienissimi. Cuius itaque boni spe, o Colchi, ad Persas desciscemus, si etiam ita nobis futuri sunt hostes, neque aliquid amplius in praesentiarum inde nobis accedet, quam quod tanto facilius ab illis laedi poterimus, quanto difficilius ab occulto quam aperto hoste nobis cavere possumus? Atqui, si videtur, demus ita esse, factum ipsum neque cum aequitate neque cum honesto pugnare, et statuamus Persarum mores constantes esse ac fidos, quodque perpetuo pacta conventaque sint observaturi. Ut enim etiam haec dentur nihilque aliud nobis impedimenti sit reliquum, at vires nostrae non sufficient. Quo pacto enim ad alios transeamus, cum nobis Romani immineant, et quidem adeo multi ac fortissimi, quique praestantissimos nacti sunt duces? Quo pacto vero etiam fieri possit, ut non atrocissimam

νὰς ὑποσχεῖν ἀνηκέστους, τῶν μὲν οὓς ἐπαμύνειν χρεὼν πόῤῥω A. C. 554
που κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἔτι μελλόντων, καὶ ἀνειμένως πορευο- I. I. 28
μένων, τῶν δὲ τιμωρησομένων τήν τε χώραν ἅπασαν κατε- V. 63
χόντων, καὶ ταῖς ἡμετέραις πόλεσιν ἐνοικούντων;

ιγ΄. „Καίτοι φησὶν αὐτοὺς ὁ γενναῖος οὑτοσὶ μηδὲ τὴν ὁρμὴν ὑποστήσεσθαι ἡμῶν, παραδείγματι χρώμενος τοῖς ἔναγχος συμβεβηκόσι. καὶ τίς ἀγνοήσειεν ἂν ὡς τὰς τῶν πολέμων τροπὰς οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς ἀνάγκῃ συμβαίνειν, οὐδὲ τοὺς νῦν σφαλέντας τυχὸν τῶν ὁμοίων ἀεὶ μεταλαγχάνειν ἀποτευγμάτων;
τοὐναντίον γὰρ ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τοὺς ἡττηθέντας ἡ νίκη P. 88
μέτεισι, καὶ τὸ δυσφοροῦν ἐκθεραπεύει. οὐ χρὴ τοίνυν ἡμᾶς, καθάπερ εἰθισμένον αὐτοῖς τολοιπὸν ἐν ἁπάσαις ταῖς συμπλοκαῖς ἐλασσοῦσθαι, πέρα τοῦ μετρίου θαῤῥεῖν. εἰ μὲν γὰρ τούτῳ μόνῳ νενίκηνται, τῷ μὴ τὰ δέοντα βεβουλεῦσθαι, προσεκτέον μὲν ἡμῖν τῷδε μᾶλλον τῷ παραδείγματι, καὶ προφυλακτέον τοὺς ἐκ τῆς ἀβουλίας κινδύνους. οὐ μὴν πρόδηλον ἐντεῦθεν οἴεσθαι δεῖ τὸ ῥᾳδίως αὐτῶν περιέσεσθαι. εἰκὸς γὰρ τοὺς πρότερον ἁμαρτήσαντας, καὶ διὰ τῆς πείρας ὁποῖα φευκτέον πεπαιδευμένους, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ παροφθὲν ἀνακαλέσασθαι τῇ
περὶ τῶν ἐφεξῆς ἐσομένων ἐπιμελείᾳ. εἰ δὲ τὸ θεῖον αὐτοῖς B

3. τήν τε χώραν ἅπασαν R., ἅπασαν τὴν χώραν τε vulg. 5. αὐτὸς R. 6. ὑποστήσεσθαι ἡμῶν R., ἡμῶν ὑπ. vulg. ἔναγχος R. Lugd. et Intpr. *paulo ante*, Ed. pr. ἔναχος, Par. ἐναχῶς. 9. μεταλαγχάνειν R., λαγχάνειν vulg. 10. νικηθέντας R. 15. προσφυλακτέον R.

vindictam incurramus, iis quidem, quos auxilio nobis venire oportet, procul hinc in Iberia cunctantibus lenteque procedentibus; iis vero qui ultionem exigent, universam regionem occupantibus et in nostris urbibus habitantibus?

13. „Atqui, ut insignis iste vir ait, ne primum quidem nostrum impetum sustinebunt, argumento ex iis, quae paulo ante acciderunt, sumpto. At quis ignoraverit bellorum vicissitudines nequaquam certa necessitate accidere; nec eos qui nunc forte male rem gesserunt, perinde adversam semper fortunam habituros. Nam e contrario victoria frequenter ad victos transit, et fortunae adversitatem emendat. Non oportet igitur nos, perinde ac si pro suo more et consuetudine in omnibus deinceps proeliis essent succubituri, supra modum esse confidentes. Si enim eo solo fuerunt victi, quod non satis, quid facto opus esset, perpendissent, nobis quidem hoc exemplum in nostrum usum est convertendum, et praecavenda, quae temeritatem consiliique praecipitantiam consequuntur, pericula. Neque enim ex praeterito casu certam nobis de ipsis victoriam possumus polliceri. Verisimile enim est, eos qui antea erraruat, experientia ipsa quid fugiendum sit, edoctos, id quod omissum neglectumque fuit, maiore deinceps in rebus gerendis cura compensaturos. Si vero Deus ipsis

A. C. 554 χαλεπαίνει τῆς ἐπὶ τῷ κειμένῳ παρανομίας, καὶ ταύτῃ κεκά-
I. I. 28 κωνται, τί δεῖ καὶ ἡμᾶς παρεῖναι καὶ συνεπιλαμβάνειν, ὥσπερ
οὐκ ἐπαρκοῦντος ἐκείνου τὰ δίκαια δρᾶσαι, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἡμῶν
ἐπικουρίας προσδεομένου; ποία δέ τις ἂν ἀσεβείας ὑπερβολὴ
ἑτέροις λελείψεται, εἴ γε τόδε τὸ ἀγαθὸν ἀτιμάσαιμεν τῇ με-
ταστάσει, ὅπερ καὶ ἠρεμούντων ἡμῶν ὑπερμαχεῖ προσηκόντως;
μηδεὶς τοίνυν ἡμῖν τὸν τεθνεῶτα παραγέτω δῆθεν τῷ λόγῳ
λίαν ἀγεννῶς ὀλοφυρόμενον, καὶ ἱκετεύοντα τοὺς ὁμοφύλους
οἴκτου τυχεῖν τῷ τὴν σφαγὴν ἐπιδεικνύναι. ταῦτα γὰρ μοχθη-
ραῖς μὲν ψυχαῖς καὶ ἀνάνδροις ἴσως ἁρμόσει, οὐ μὴν προσα-
C πτέον αὐτὰ βασιλεῖ καὶ Λαζῶν καὶ Γουβάζῃ. εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἐν-
ταῦθα παρῆν, πάντως ἂν, ἅτε δὴ θεοφιλὴς ἀνὴρ γεγονὼς καὶ
φρενήρης, κατεμέμφετο μὲν ἡμᾶς τοιαῦτα βουλευομένους· ἐκέ-
λευεν δὲ μὴ οὕτω καταπεπτωκέναι καὶ μαλθακίζεσθαι, καὶ
δραπετεύειν, καθάπερ οἰκέτας, αἱρεῖσθαι· φρόνημα δὲ μᾶλλον
Κολχικὸν καὶ ἐλεύθερον ἀναλαβόντας, ἀντέχειν τῆς συμφορᾶς
θαῤῥαλέως, καὶ πρὸς μηδὲν μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνάξιον τῶν πα-
τρίων ἐξάγεσθαι τρόπων, ἐμμένειν δὲ τοῖς παροῦσι καὶ πεποι-
θέναι, ὡς τοῦ κρείττονος ἥκιστα τὸ ἔθνος περιοψομένου. εἶτα
πῶς οὐ σφόδρα παράλογον, αὐτῷ μὲν τῷ βιαίως ἀνῃρημένῳ
D ταῦτα κατὰ τὸ εἰκὸς ἔχειν δεδόχθαι· ἡμᾶς δὲ, τοὺς τὴν πρὸς

1. ἐπὶ τῶν κειμένων R. 6. ὥσπερ R. 7. ἡμῶν R. 10. ἁρμόσει R. et Intpr. *congruit*, ἀρκέσει vulg. 13. ὑμᾶς vulg. et Intpr. 15. αἱρεσθαι R. 21. κατὰ τὸ εἰκ. ἔχ. R., κ. τ. εἰκ. εὖ ἔχ. vulg.; Intpr. *ut is — tam decenter haec censeat.*

est infensus ob nefariam caedem commissam, ideoque hisce malis afficiuntur; quid opus est etiam nos ei adesse, nostramque operam conferre, perinde atque si ille per se iustitiae exercendae non sufficeret, sed nostro auxilio indigeret? Qualis vero impietatis excessus aliis relinquetur, si summam hanc bonitatem nostra defectione contemnamus, quae etiam nobis quiescentibus nos uti par est propugnat? Nemo itaque nobis mortuum Gubazem verbis in medium adducat parum viriliter eiulantem, et populares suos suppliciter orantem, ut sui misereantur, plagas corpori suo inflictas ostentando. Haec enim vitiosis effoeminatisque animis fortassis conveniant, nequaquam vero adscribenda sunt regi et quidem Lazorum, atque adeo Gubazae. Si enim ille coram adesset, graviter certe, utpote pius et cordatus vir, nos eiuscemodi consilia agitantes insimularet, iuberetque non ita animis cadere atque elanguescere, et servilem in modum aufugere: quin potius animo Colchico et liberali resumpto aerumnam fortiter sustinere, et nihil turpe patriisque moribus indignum committere; sed praesenti rerum statui insistere, certam fiduciam concipientes divinum auxilium Colchicae genti nequaquam defuturum. Proinde quo pacto non vehementer absurdum fuerit, ipsi quidem violenter interfecto verisimiliter haec probari, nobis

ἐκεῖνον εὔνοιαν σκηπτομένους, τἀναντία διανοεῖσθαι; ἀλλὰ A. C. 554 δέδοικα μὴ καὶ μόνου χάριν τοῦ διαλογίζεσθαι ταῦτα καὶ δια- I. L. 28 σκοπεῖν μεγίστας ὑφέξομεν δίκας. εἰ μὲν γὰρ ἐπ' ἀδήλοις ἐλπίσι καὶ τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὴν ἐπιδεχομέναις τὰ τῆς ἀποστάσεως ἡμῖν ἐμελετᾶτο, ἦν μὲν ἂν καὶ τόδε δεινὸν, ἐπὶ τηλικούτων πραγμάτων κινήσει μόνης ἠρτῆσθαι τῆς τύχης, πλὴν ἀλλ' ἐξῆν ἴσως τοῖς ταῦτα προῃρημένοις ἀδεέστερον γοῦν ἀναισχυντῆσαι. εἰ δὲ πανταχόθεν προὖπτον δείκνυται τὸ κακὸν, πῶς οὐ μισητέον αὐτοὺς τοιαύτην ἔννοιαν ἐμβαλόντας; ὡς μὲν P. 89 οὖν ἀφεκτέον ἡμῖν ἐκείνων, καὶ δὴ μετρίως ἐῤῥήθη. φημὶ δὲ δεῖν βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων τὸ συμβὰν ἀναγγεῖλαι, ὡς ἂν ἐνδικώτατα μετέλθῃ τοὺς τοῦ μιάσματος αἰτιωτάτους, καὶ εἰ μὲν ἐθελήσει, πεπαῦσθαι τολοιπὸν τῆς πρὸς Ῥωμαίους διαφορᾶς, καὶ συνεργεῖν αὖθις καὶ συστρατεύεσθαι, καὶ τῶν προτέρων μετέχομεν συνδιαιτημάτων. εἰ δὲ ἀπώσοιτο τὴν ἀξίωσιν, τότε δὴ βουλευτέον ἡμῖν, εἴπερ ἑτέραν ὁδὸν τραπῆναι συνοίσει. οὕτω γὰρ ποιοῦντες, οὔτε τοῦ τεθνηκότος ἐπιλελῆσθαι δόξοιμεν ἂν, οὔτε προπετείᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ τὰ ἡμέτερα διατιθέναι." V. 64

ιδ΄. Εἰρημένων δὲ καὶ τούτων, παλινῳδίαν, τὸ λεγόμε- B

5. καὶ τόδε R. et Intpr. *vel id*, καὶ τότε vulg. 8. πανταχόθεν add. ex R. et Intpr. *undequaque*. 9. ἐμβαλλόντας edd. 10. ὑμῖν Par. et Intpr. 12. μετέλθῃ R., μετέλθοι vulg. 15. Num μετέχειν?

vero, benevolentiam erga ipsum praetexentibus, contraria deliberari? Sed vereor, ne vel ea sola de causa, quod haec animo cogitationeque agitaverimus, maximas poenas simus subituri. Si enim incerta spe dubioque eventu et variis in utramvis partem momentis obnoxio defectionem moliti essemus, erat profecto etiam hoc grave, in tantarum rerum motu a sola fortuna pendere; licuisset tamen fortasse iis, qui hoc consilii ceperant, liberius impudentiusque id aggredi. Si vero pravitas huius consilii et mala inde exspectanda omni ex parte sunt conspicua et manifesta, quo pacto non sint digni odio, qui vos in hanc cogitationem induxerunt? Quomodo igitur abstinendum nobis ab illis sit, et quidem moderate dictum est. Ego vero ita sentio, factum ipsum ita ut accidit Imperatori esse nuntiandum, ut nimirum iustissime animadvertat in praecipuos caedis auctores. Quod quidem si fecerit, nostra cum Romanis simultas consopietur, et laborum expeditionumque societatem pristinamque cum ipsis consuetudinem redintegrabimus. Si vero repulsam patiamur, petitionemque nostram reiiciat, tum demum deliberandum erit, an aliam viam ingredi expediat. Ita enim facientes, neque mortui Gubazae obliti esse videbimur, neque temeritate potius quam consilio res nostras instituere."

14. His dictis Colchi palinodiam, ut est in proverbio, cecine-

A.C. 554 νον, ἥδον οἱ Κόλχοι, καὶ μετεπείθοντο. μάλιστα γὰρ αὐτοὺς I. L. 28 εἰς τοῦτο συνήλασε τὸ δεδιέναι, μή ποτε ἄρα, εἰ μετασταῖεν, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξαν ἀφαιρεθεῖεν. ἐπειδὴ οὖν ἡ τοῦ Φαρτάζου γνώμη ἐνίκα, αὐτίκα οἱ ἄριστοι καὶ εὐπατρίδαι τοῦ ἔθνους Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τὰ ἐπὶ Γουβάζῃ ξυνενεχθέντα διήγγειλαν, ἅπασάν τέ οἱ ἀνεκάλυψαν τὴν ἀπάτην, ὡς ἐκεῖνος μὲν οὔτε μηδίσας πώποτε, οὔτε ἄλλο τι ἄχαρι κατὰ Ῥωμαίων βουλευσάμενος ἥλω, οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρτῖνόν τε καὶ Ῥούστικον, ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ ῥαστώνης θαμὰ σφαλλομένοις ἐπεκάλει τε τὰ εἰκότα καὶ ἐχαλέπαινεν, οἱ δὲ ταύτην τε τὴν C συκοφαντίαν ἐμηχανήσαντο, καὶ τὸν οὐδὲν ἡμαρτηκότα διέφθειραν. ἐδέοντο δὴ οὖν τῇ τοῦ κατοιχομένου ψυχῇ τοῦτο δὴ παρασχεῖν τὸ χαριστήριον· ἔλεγον δὲ οὐκ ἄλλο τι ἄρα ἢ ὥστε μὴ ἀτιμώρητον καταλιπεῖν τὸ ἀδίκημα, βασιλέα δὲ σφίσιν ἐπιστῆσαι οὐκ ὀθνεῖόν τινα, οὐδὲ ἐπηλύτην, ἀλλὰ Τζάθην τὸν Γουβάζου νεώτερον ἀδελφὸν ἐν Βυζαντίῳ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ διατρίβοντα, ὡς ἂν αὐτοῖς πάλιν ὁ πάτριος διασώζοιτο νόμος καὶ ἡ ἀνέκαθεν τοῦ βασιλείου γένους ἀκραιφνὴς ὁμολογία. ὁ δὲ, (ὅσια γὰρ αὐτῷ ἐδόκει καὶ δίκαια,) ὡς τάχιστα ἐπετέλει, καὶ οὖν Ἀθανάσιον, ἕνα τῶν πρῶτα λαχόντων ἐν D τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, ἔστειλε διασκοπήσοντά τε τὸ πραχθὲν

4. Φαρτάξου R., Intpr. *Pharazis*. 5. τῷ Γ. R. 7. ἄχαρι add. ex R., Intpr. cum vulg. facit. 16. ἀδελφόπαιδα R. in mg. 19. ὅσια et δίκαια R., ὅσιον et δίκαιον vulg.

runt, sententiamque mutarunt; praecipue vero ipsos eo adduxit, quod metuerent ne si quando ad Persas desciscerent, recta etiam de Deo opinione religioneque sua privarentur. Postquam igitur Phartazis sententia vicit, statim optimi quidam nobilissimique Colchicae gentis viri delecti sunt, qui Iustiniano Imperatori, quae in Gubazem perpetrata essent nuntiarent, omnemque ei fraudem detegerent; quodque ille quidem Persarum partibus nunquam studuisset, neque adversus Romanos aliquid esset molitus; Martinus vero et Rusticus, quod illos prae ignavia vecordiaque frequenter errantes merito increparet eisque succenseret, hanc ipsi calumniam struxissent, et innocentem trucidassent. Supplices itaque Imperatorem orarunt, ut defuncti manibus hoc gratificaretur; nihil vero aliud dixerunt, quam ut facinus illud impunitum ne relinqueret, regemque sibi designaret non alienigenam aliquem, neque peregrinum, sed Tzathem iuniorem Gubazae fratrem, qui tum temporis Byzantii degebat, utque ita ipsis denuo patria lex conservaretur, et regii generis iam inde ab antiquo continuata sibique constans et inviolata successio. Imperator itaque (aequum enim id ipsi videbatur et iustum) quam citissime eorum petitioni satisfecit, et Athanasium, unum ex primariis senatoribus, qui accurate in factum inquireret, et de eo ex

ἐς τὸ ἀκριβὲς, καὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους κρινοῦντα. A. C. 554
καὶ δὴ παραγενόμενος, Ῥούστικον μὲν εὐθὺς ἐς Ἀψαροῦντα I. I. 28
ἔστειλε τὴν πόλιν, καὶ τῷ ἐκείνῃ δεσμωτηρίῳ ἐγκαθείρξας
ἐφρούρει· Ἰωάννῃ δὲ τῷ βασιλέα μὲν φενακίσαντι, αὐτουργῷ
δὲ τοῦ μιάσματος γεγενημένῳ, ἀποδράσαντί πως ἐν τῷ τότε
λαθραιότατα, καὶ φυγῇ τὴν σωτηρίαν καρπώσασθαι πειρω-
μένῳ, ἀλλ' ἐκείνῳ γε τῷ Ἰωάννῃ ἐπὶ τοῖσδε πορευομένῳ ὑπαν-
τιάζει, οὕτω παρασχὸν, ὁ Μετριανὸς, (εἷς δέ γε ἦν οὗτος τῶν
ἀμφὶ τὰ βασίλεια δορυφόρων, οὓς δὴ Σκρίβωνας ὀνομάζου- P. 90
σιν· ἔσταλτο δὲ αὐτόσε τούτου δὴ ἕνεκα, ἐφ' ᾧ ἐξυπηρετήσα-
σθαί τε τῷ Ἀθανασίῳ, καὶ ἅττα ἂν ὑπ' ἐκείνου κριθείη τόνδε
ταῦτα ἐπιτελέσαι·) ξυλλαβὼν δὴ οὖν ὁ Μετριανὸς τὸν Ἰωάννην,
παρὰ τὸν διαιτητὴν ἀπεκόμισεν. ὁ δὲ καὶ τοῦτον ἐς Ἀψα-
ροῦντα ἐξέπεμψεν, ἐν εἱρκτῇ τε καὶ ποδοκάκῃ μενοῦντα, ἕως
ὁ ἐν ποσὶν ἀγὼν διανυσθείη.

ιε'. Ἅμα γὰρ τῷ ἦρι ἀρξαμένῳ παρῆν ὁ Ναχοραγὰν ἐς A. C. 555
Μουχείρισιν, καὶ αὐτίκα τά τε στρατεύματα ἤθροιζε, καὶ I. I. 29
πλείστῃ ὅσῃ χρώμενος προθυμίᾳ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ἐξηρτύετο.
τοιγάρτοι καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἀμφὶ τὴν Νῆσον ἀγειρόμενοι πα-
ρεσκευάζοντο, καὶ τὰ τῆς κρίσεως εἰκότως ἀνεκόπτετο. τί γὰρ
ἂν αὐτοῖς ἐν τῷ τότε προὐργιαίτερον κατεφάνη τῆς περὶ τὸν
πόλεμον εὐκοσμίας; ἤδη δὲ καὶ ὁ Τζάθης ἅμα Σωτηρίχῳ τῷ B
στρατηγῷ ἐκ Βυζαντίου ἀφῖκτο, τήν τε πατρῴαν ἀρχὴν καὶ

2. ἐς om. R. 8. Μετριανὸς R. et Intpr., Μαστριανὸς vulg. 9. Σκρίβονας Lugd. 10. τοῦ δὴ R. 12. Μαστριανὸς vulg. 14. μενοῦντας R. 17. ἠθροίζετο R. 22. *Sotirem* ubique vocat Intpr. τῷ om. R. 23. πατρῴου R. et in mg. ἀδελφοῦ.

praescripto Romanarum legum sententiam ferret. Qui cum advenisset, Rusticum quidem statim Apsarunten misit, atque in illius urbis carcere custodiri iussit. Ioanni vero, qui regem fefellerat, et tum temporis admodum clam se inde surripuerat, et fuga salutem parere nitebatur; huic, inquam, Ioanni, qui hac de causa se in iter dederat, forte fortuna obvius est factus Metrianus, unus e regiis satellitibus, quos Scribonas vocant, missus autem erat illuc, ut Athanasium ministraret, et quae ille iudicasset exsequeretur. Metrianus itaque eum apprehensum ad iudicem Athanasium duxit, qui etiam hunc Apsarunten misit, ut ibi in carcere et cippo haereret tantisper dum disceptatio iudicialis, quae iam apparabatur, esset absoluta.

15. Statim enim ineunte vere Nachoragan Muchirisim venit, et confestim copias coegit, quantaque poterat diligentia se ad bellum comparabat. Nihilo secius vero etiam Romani circum Insulam congregati, sese summa vi apparabant; et iudicium merito protrahebatur. Quid enim ipsis eo rerum statu maiori curae esse debebat, quam res ad bellum necessarias quam optime constituere?

A. C. 555 τὰ ταύτης παράσημα πρὸς τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, ᾗπερ ἐκ
I. L. 29 παλαιοῦ νενόμισται, δεδεγμένος. εἰσὶ δέ γε ταῦτα στέφανος
χρυσοῦς λιθοκόλλητος, καὶ χιτώνιον ποδῆρες ὑπόχρυσον, πέδιλά τε κοκκοβαφῆ, καὶ μίτρα ὁμοίως χρυσῷ τε καὶ λίθοις
πεποικιλμένη. χλαμύδα δὲ ἁλουργῆ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Λαζῶν
οὐ θέμις ἀμπίσχεσθαι, λευκὴν δὲ μόνον· οὐ μέντοι παντάπασί
γε κοινὴν οὕτω καὶ εἰθισμένην, ἀμφὶ γὰρ τὸ μεσαίτατον ἐκείνη
χρυσῷ ὑφάσματι ἑκατέρωθεν καταλάμπεται. βασιλικὸν δὲ καὶ
C τὸ ἐμπερόνημα τῆς χλαμύδος, λίθοις τε ἐκκρεμέσι καὶ τῇ ἄλλῃ
κατασκευῇ διαπρέπον. ἐπιβάντα δὴ οὖν τὸν Τζάθην τῆς ὑπηκόου καὶ τῇ βασιλείῳ στολῇ κεκοσμημένον, αὐτίκα οἵ τε στρατηγοὶ καὶ ἅπας ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς δεξιούμενοί τε καὶ
τὰ εἰκότα γεραίροντες προηγοῦντο, ἐξωπλισμένοι ὡς εὐπρεπέστατα, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων οἱ πλεῖστοι ὀχούμενοι. οἱ δὲ
Λαζοὶ ἐς τὸ χαῖρον μεταβαλόντες, καὶ μόλις ἀποπαυσάμενοι
τῆς ἀνίας, στοιχηδόν οἱ παρωμάρτουν, σάλπιγγές τε πανταχόθεν ἐπήχουν, καὶ τὰ σημεῖα ἐς ὕψος ἐπῆρτο. καὶ ἦν ἡ
πομπὴ φαιδρά τε ἐπιεικῶς καὶ γαυροτάτη, καὶ πλέον ἢ κατὰ
V. 65 τὴν Λαζῶν βασιλείαν ἐξωγκωμένη. Τζάθης μὲν οὖν ἐς τὴν
ἀρχὴν καταστὰς, ἔταττεν ἕκαστα τολοιπὸν, καὶ διεκόσμει
D τὸ ὁμόφυλον, ὡς αὐτῷ τε ἦν βουλομένῳ, καὶ ὁ πάτριος ὑπηγόρευεν τρόπος. Σωτήριχος δὲ ὁ στρατηγὸς αὐτίκα εἴχετο

1. πρὸς τῶν et paulo infra καθαλάμπεται et Τζάτην Sph. Par. 8. καὶ add. ex R. 13. εὐπρεπέστατον R. 16. σάλπιγγες R., σάλπιγγα vulg. πανταχόθεν R., πάντοθεν vulg. 19. εἰς codd. et edd.

Iam vero etiam Tzathes una cum Sotericho Byzantio advenerat, paterno regno eiusque insignibus a Romanorum Imperatore veteri more ac ritu acceptis. Sunt autem haec corona aurea pretiosis distincta lapidibus, et palla ad talos demissa, auro intertexta, calcei murice tincti, et mitra similiter auro et lapidibus variata. Chlamydem vero purpuream Lazorum regibus gestare fas non est, sed tantum albam, non tamen omnibus communem et consuetam. Circa medium enim illius aureum quoddam textum utrinque resplendet; regia etiam fibula chlamydis, lapidibus aureis inde pendulis alioque apparatu insignis. Ingredientem itaque iam suam ditionem Tzathem et regio habitu ornatum, confestim praefecti et universus exercitus Romanus salutantes debitisque honoribus afficientes, ei praeibant, splendidissimis armis induti, et equis plerique vecti. Lazi vero ad laetitiam conversi, aegre tandem deposito moerore, seriatim ipsum deducebant, tubis omni ex parte clangentibus, et signis in altum sublatis; eratque pompa splendida admodum atque magnifica, et magis quam Lazorum regnum fert fastuosa. Tzathes itaque iam regno inauguratus, administrabat deinceps omnia gentemque suam regebat, prout sibi visum erat et patrius mos suadebat. Soterichus

τῆς πορείας, ἐφ' ἧπερ καὶ ἔσταλτο. χρυσίον γὰρ ἐκ βασιλέως A.C. 555 ἐκόμιζεν, ἐφ' ᾧ τοῖς προσοίκοις βαρβάροις κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν I. I.29 διανέμοι, εἰθισμένον γε τοῦτο ἐκ πλείστου καὶ ἀν' ἔτος γιγνόμενον. εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ τῶν παίδων οἱ πρεσβύτεροι, Φιλάγριός τε καὶ Ῥωμύλος, ὡς ἂν εὐθὺς ἀφ' ἑστίας μοχθεῖν ἐν δέοντι παιδευθεῖεν, ἐπεὶ καὶ ἐς ἥβης μέτρον ἤδη ἄμφω ἐληλυθέτην, καὶ ἥστην οἵω διαπονεῖσθαι. ὁ γὰρ δὴ τρίτος αὐτῶν, Εὐστράτιος, ἐν Βυζαντίῳ ἐλέλειπτο, νέος γε ὢν ἔτι κομιδῇ, καὶ ἄλλως τὸ σῶμα οὐ ῥωμαλέος. ὡς δὲ ἐς τὴν τῶν P. 91 καλουμένων Μισιμιανῶν χώραν ὁ Σωτήριχος ἀφίκετο, οἳ δὴ κατήκοοι μὲν τοῦ βασιλέως τῶν Κόλχων τυγχάνουσιν ὄντες καθάπου καὶ οἱ Ἀψίλιοι, γλώττῃ δὲ ὅμως χρῶνται ἀποκεκριμένῃ καὶ νόμοις ἑτέροις· εἰσὶ δὲ τούτου δὴ τοῦ Ἀψιλίων γένους βορειότεροι, καὶ τετραμμένοι ἠρέμα ἐς ἥλιον ἀνιόντα. ἐπειδὴ οὖν ἐς τούσδε παραγέγονεν, ἔννοιά τις αὐτοὺς εἰσῆλθεν, ὡς ἄρα ἕν τι τῶν σφετέρων φρουρίων ἀμφ' αὐτὰ δὴ τὰ Λαζῶν ὅρια ἱδρυμένον, ὃ δὴ Βούχλοον ὀνομάζουσιν, τοῦτο δὲ ὅγε βούλοιτο τοῖς Ἀλανοῖς καταπροέσθαι, ὡς ἂν οἱ τῶν ἐθνῶν πρέσβεις τῶν ἀπωτέρω οἰκούντων, αὐτοῦ ἀγειρόμενοι, τὸν μισθὸν ἀποφέροιντο, καὶ μηκέτι ἀνάγκη τις εἴη τῷ τὰ χρήματα παρεχομένῳ τὰς τοῦ Καυκάσου περινοστεῖν ὑπω- B ρείας, καὶ αὐτὸν ἐπ' ἐκείνους ἰέναι.

3. διανέμοι R., διανέμει vulg. 7. ἤσθην Sph. Par. 8. Εὐστράτης R., Intpr. *Estratius*. 10. *Misiani* sunt apud Intpr. et infra in Exc. Bav. 17. Βούχλοος R. 21. Pro περινοστεῖν R. πέρι, sed in mg. περᾶν. 22. καὶ om. R.

autem praefectus statim iter, ad quod missus erat, arripuit. Adferebat enim pecuniam a rege, quam finitimis barbaris bellicae societatis causa distribueret; quod quidem et a multo tempore est usitatum et quotannis fit. Comitabantur vero ipsum ex filiis duo maiores natu, Philagrius et Romulus; ut statim domo egressi moderatis laboribus adsuescerent, siquidem ambo iam ex ephebis excesserant, et labori ferendo pares erant. Tertius enim illorum, Eustratius, Byzantii relictus erat, quod et adhuc admodum esset iuvenis, et corpore insuper nequaquam valido. Posteaquam autem ad Misimianorum ditionem pervenit Soterichus, (qui quidem Colchorum regi parent, ut et Apsilii, diversa tamen utuntur lingua aliisque legibus; sunt vero hi Apsiliorum gente borealiores et ad orientem solem nonnihil vergentes,) ad hos, inquam, cum venisset, cogitatio quaedam ipsis incidit, quod utique unum quoddam ex ipsorum propugnaculis circa ipsos Lazorum fines situm, Buchloum vocatum, Alanis prodere vellet, ut gentium, quae remotius habitarent, legati ibi congregati stipendia deferrent, neque amplius necessitas ulla esset, ut, qui pecunias adferret, Caucasi montis radices circumiret, ipseque ad illos iret.

A. C. 555 L. I. 29 ιϛ'. *Ταῦτα δὴ οἱ Μισιμιανοὶ εἴτε γνόντες, εἴτε καὶ ὑποτοπήσαντες, στέλλουσιν ἄνδρας δύο τῶν παρὰ σφίσι λογίμων, Χάδον ὄνομα καὶ Θυάνην. οἱ δὲ εὑρόντες αὐτὸν ἀγχοῦ που ἐκείνου δὴ τοῦ ἐρύματος ἐναυλιζόμενον, καὶ πλέον ἐς τὴν δόκησιν ἐπιῤῥωσθέντες, „ἀλλ' οὐ δίκαια δράσειν ἡμᾶς" ἔφασαν „ὦ στρατηγὲ, διενοήθης· χρὴ γάρ σε μηδὲ ἄλλῳ τῳ ἐφιέναι τὰ ἡμέτερα παραιρουμένῳ, μήτι γε καὶ αὐτὸν οὕτως ἐθέλειν. εἰ δέ σε ὡς ἀληθῶς μὴ ταῦτα ἀρέσκει, ἄγε ὅπως ἐνθένδε* C *ὡς τάχιστα μεταβὰς, ἐν ἑτέρῳ ἀποδιατρίψεις χωρίῳ, καί σε τὰ ἐπιτήδεια ἥκιστα ἐπιλείψουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς ἅπαντα οἴσομεν. ἐνταῦθα γάρ σοι οὐ μενετέα παντάπασιν, οὐδὲ ἀνεξόμεθά σου μέλλοντος ἐς τόδε καὶ σκηπτομένου." οὕτω δὲ αὐτῶν αὐθαδιαζομένων, οὐκ ἀνεκτὰ ἡγησάμενος ὁ Σωτήριχος, εἰ τοῖς τῶν Κόλχων κατηκόοις ἐξείη κατὰ Ῥωμαίων θρασύνεσθαι τῶν ὑφ' οὓς οἱ Κόλχοι τετάχαται, παρακελεύεται τοῖς ὀπαδοῖς παίειν αὐτοὺς αἷς ἐπεφέροντο βακτηρίαις. οἱ δὲ καθίκοντο αὐτῶν ἀφειδῶς, καὶ ἐς τοὐπίσω ἡμιθνῆτας ἀπέπεμψαν. τούτου δὲ γεγενημένου, Σωτήριχος μὲν ᾤετο μηδὲν ἀντίπαλον ἔσεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἀμέλει οἰκέτας οἰκείους ἡμαρτηκότας διαχειρισάμενος, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν εὐλαβητέον αὐτῷ, ἔμενέ τε κατὰ χώραν, καὶ εἶτα, νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἐκάθευδε σφό*-D *δρα ἀδεῶς καὶ ἀφυλάκτως· οὕτω δὲ οἵ τε παῖδες καὶ οἱ δο-*

4. *αὐλιζόμενον* R. 5. *δίκαι δράσαι* R. 7. *οὕτω* R. 9. *ἀποδιατρίψεις* R., *ἀποδιατρίψῃς* vulg. 10. *λείψουσιν* R. 14. *ἐξείη* R., *ἐξήει* vulg. 17. Pro *καὶ* R. *οὓς*. 18. *ᾤετο μηδὲν ἀντίπαλον* R., *οὐδὲν ἀντ. ᾤετο* vulg.

16. Haec cum Misimiani sive cognovissent sive suspicati essent, duos ex suis insignes viros, Chadum nomine et Thuanem, mittunt, qui cum ipsum reperissent iuxta illud propugnaculum stationem habentem, suspicione validius confirmata: „Iniuria, inquiebant, nos afficere cogitas, praefecte. Oportet enim te neque alteri cuiquam permittere, ut nostra nobis adimant, nedum ipsum hoc velle. Si vero hoc tibi propositum non est, fac age ut quam citissime hinc discedens alio in loco commoreris. Neque tibi defutura sunt necessaria, sed nos omnia deferemus. Hic enim nullo modo tibi est manendum, neque feremus te hic moras trahentem et tergiversantem." Ipsis vero ita procaciter loquentibus, Soterichus nequaquam tolerandum ratus, si Colchorum subditis ita adversus Romanos, quibus parent, liceret ferocire, stipatoribus suis mandat ut baculis, quos gestabant, eos caederent. Qui atrociter in ipsos invecti, semineces remiserunt. Quibus peractis, Soterichus quidem nihil hostile eventurum ratus, et perinde fere ac si servos suos delinquentes plagis excepisset, nihil inde sibi verendum existimans, eo loci mansit; et deinde oborta nocte valde intrepide absque ullis excubiis ibi dormivit: similiter vero et

ρυφόροι καὶ ὁπόσον ἄλλο αὐτῷ θητικὸν εἵπετο ἢ καὶ δοῦλον, A. C. 555
ἐκμελέστερον καὶ οὗτοι ἅπαντες ἢ ὡς ἐν πολεμίων κατεσκη- I. I. 29
νημένοι, ἀνεπαύοντο. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Μισιμιανοὶ, τὴν ὕβριν
οὐκ ἐνεγκόντες, ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς καρτερώτατα ἐξωπλισμέ-
νοι, καὶ αὐτίκα ἐπὶ τὸ δωμάτιον χωρήσαντες, οὗ δὴ ὁ στρα-
τηγὸς ἀνεκέκλιτο, κατακτείνουσι προτέρους τοὺς παρευναστῆ-
ρας τῶν θεραπόντων. θορύβου δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ πατάγου
πολλοῦ κινηθέντος, ξυναίσθησις μὲν τοῦ κακοῦ αὐτῷ τε Σωτη-
ρίχῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἅπασιν ἐγίγνετο· καὶ τοίνυν ὑπὸ
δέους ἐκ τῶν εὐνῶν ἀνεπάλλοντο, ἔτι δὲ τῷ ὕπνῳ καρηβαροῦν-
τες καὶ παρειμένοι, ἀμύνεσθαι αὐτοῖς οὔ τι μάλα παρῆν. οἱ P. 92
μὲν γὰρ ταῖς σισύραις τὼ πόδε περιελιττόμενοι, εἴργοντο τῆς
πορείας, οἱ δὲ καὶ ἤδη ἐπὶ τὰ ξίφη ὁρμήσαντες, καὶ σχεδιά-
ζειν πειρώμενοι τὰ πολέμια, ἀλύοντες ἦσαν οἰκτρότατα οἷα
ἐν σκότῳ καὶ ἀπορίᾳ, ἔστε τοὺς τοίχους περιῤῥηγνύμενοι, καὶ
ὅπῃ ἐτύγχανον κείμενα τὰ ὅπλα ἐπιλελησμένοι· ἔνιοι δὲ αὐτῶν
καὶ τῷ ἤδη ξυνειλῆφθαι ἀπειρηκότες, οὐδενότι ἐμηχανῶντο, V. 66
ἐβόων τε μόνον ἄλλος ἄλλοθι καὶ ὠλοφύροντο, οὐκ ἔχοντες ὅ, τι
καὶ δράσαιεν. οὕτω δὲ αὐτῶν καταπεπληγμένων, ἐπεισπεσόν-
τες οἱ βάρβαροι αὐτόν τε Σωτήριχον κατακτείνουσι καὶ τοὺς
παῖδας καὶ πρός γε ξύμπαντας τοὺς ἄλλους, πλὴν εἰ μή τις B

1. ὁπόσον ἄλλο αὐτῷ R., ὅσον αὐτῷ ἄλλο vulg. 2. ἐν πολεμίων R., ἐν πολεμίᾳ vulg. 9. ἐγίγνετο R., ἐγένετο vulg. 12. σισύραις R., σκύραις vulg., Intpr. *veste oblonga*. 14. ἀλύοντες scripsi pro vulg. ἁλόντες, ἁλόντες R., Intpr. *errabundi divagabantur*, quasi legerit ἀλώμενοι. Num ᾔεσαν? Universum locum emendatione egere perspicio, satis probabilem invenio nullam. 15. περιρηγν. R.

filii et satellites, et quotquot eum domestici famuli et servi sequebantur, etiam hi omnes securius, quam in hostili terra conveniebat, dormiebant. Interea vero Misimiani, iniuriam acceptam non ferentes, validissime armati in eos irruunt, statimque in domunculam, in qua cubabat praefectus, irrumpentes, proxime accubantes famulos obtruncant. Tumultu itaque, uti par est, strepituque ingenti excitato, sensus mali ad Soterichum reliquosque qui ipsi aderant omnes pervenit. Quocirca cum prae metu lectis excussi, somno tamen adhuc praegravati et languidi essent, non admodum sese tueri poterant; alii enim cum pedes pellibus involutos haberent, incessu prohibebantur; alii vero cum iam ad enses arripiendos proruerent, et tumultuarium conflictum tentarent, errabundi miserrime ferebantur, utpote in tenebris et summa consilii inopia, in parietes impingentes, et ubinam arma deposuissent obliti. Nonnulli vero ipsorum eo quod iam oppressi essent desperantes, nihil plane attentabant, clamabant tantum alius alibi atque eiulabant, ignari quid agerent. Sic itaque perculsis ipsis, barbari irruentes et Soterichum ipsum obtruncant

A.C. 555 ἔκ τινος τυχὸν ἁλάμενος ὀρσοθύρης ἢ καὶ ἑτέρῳ ὁποίῳ δὴ
I. I. 29 τρόπῳ λαθὼν διεσώθη. ταῦτα δὲ δράσαντες οἱ ἀλιτήριοι, ἐσκύλευσαν τοὺς κειμένους, τά τε ἄλλα ὁπόσα ἐπήγοντο κτήματα, καὶ πρός γε τὸ βασιλέως ἀφελόμενοι χρυσίον, καθάπερ τινὰς πολεμίους ὡς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐχὶ φίλους τε καὶ ἡγεμόνας ἀπεκτονότες.

ιζ. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς τὰ τῆς μιαιφονίας ἀπείργαστο, καὶ τὸ ἀνοιδαῖνον τέως τῆς γνώμης καὶ ὀργιζόμενον, τῷ ἀποπλησθῆναι τὴν ἐπιθυμίαν, ὑποχαλᾷν ἐδόκει καὶ περιστέλλεσθαι, τότε δὴ μόνον τὸ πραχθὲν ἐφ' αὐτῷ διασκοποῦντες, ἀνελογίζοντο, καὶ ξυνίεσαν ὁποῖος αὐτοῖς ἀνέῤῥιπτο κύβος, ὅτι τε οὐκ ἐς μακρὰν ἥξουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τιμωρησείοντες, καὶ ὅτι αὐτοὺς ἐκεῖνοι οὐχ ὑποστήσονται. τοιγάρτοι ἀναφανδὸν ἀπο-
C στάντες, προσεχώρουν τοῖς Πέρσαις, καὶ ἐπρεσβεύοντο, ὑποδέχεσθαί τε σφᾶς αἰτούμενοι, καὶ ὡς δὴ κατηκόοις τολοιπὸν ἐπαρήγειν. τούτων δὲ ἁπάντων τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἀπηγγελμένων, ἐχαλέπαινον μὲν οἵγε καὶ ἐδυσφόρουν, τίσασθαι δὲ παραυτίκα τοὺς Μισιμιανοὺς οὐ μάλα ἠδύναντο, πιεζόμενοι τῇ περὶ τοῦ μείζονος ἀσχολίᾳ. ἤδη γὰρ ὁ Ναχοραγὰν ἑξήκοντά που χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ἐπαγόμενος, ἐπὶ τὴν Νῆσον ἐφοίτα, ἵνα Μαρτῖνός τε καὶ Ἰουστῖνος ὁ Γερμανοῦ

1. ὀρσοθύρης R., ὀρσοθύρας vulg. 8. τέως om. R. et Intpr. 10. τότε δὲ R. ἐφ' αὐτῷ R., ἐφ' ἑαυτῷ vulg. 11. ἀνέῤῥιπτο correxi, ἀνέῤῥιπται R., ἐνέῤῥιπτο vulg. 12. τιμωρησείοντες R., τιμωρήσοντες vulg. 17. ἀπηγγεμένων sph. Par. 20. Pro ἀνδρῶν R. Περσῶν. 21. Ἰουστῖνος R. et Intpr., Ἰουστινιανὸς vulg.

et filios et reliquos omnes, nisi quis forte per editiorem aliquam ianuam aut alio aliquo modo clam evasisset. Haec cum scelerati perpetrassent, mortuos spoliarunt, reliquaque omnia eorum bona, et praeterea etiam regiam pecuniam diripuerunt, cum eos tanquam hostes quosdam revera, non autem ut amicos et duces suos, interfecissent.

17. Posteaquam vero peracta iam atroci hac strage excandescentia illa animorum atque ira videbatur deferbuisse sedataque esse, expleto nimirum pravo ipsorum desiderio; tum nudum in se factum considerantes, secum reputarunt atque intellexerunt, qualis alea ipsis esset iacta; quodque non multo post Romani essent venturi idque ulturi; neque ipsi illorum vim sustinere possent. Quocirca aperta defectione facta, Persas adierunt et oratores miserunt, postulantes ut ipsos tuendos susciperent, et tanquam subditis deinceps opitularentur. Haec vero omnia posteaquam Romanorum praefectis sunt renuntiata, indigne quidem ea molestissimeque tulerunt, ulcisci tamen e vestigio non satis poterant, occupatione circa maioris momenti rem praepediti. Iam enim Nachoragan sexaginta bellatorum millia ad Insulam ductabat, quam Martinus et Iustinus Germani

καὶ τὰ ἀμφ' αὐτοὺς στρατεύματα ἐτύγχανον ξυνειλεγμένα· οἱ A. C. 555 δὲ ἐκ τῶν Οὔννων μισθοφόροι, τῶν δὴ Σαβείρων ὀνομαζομένων, I. I. 29 (παρῆσαν γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις ὁπλιτῶν ἀπόμοιρα οὐ πολλῷ D ἐλάσσους τῶν δισχιλίων· ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν Βαλμάχ τε καὶ Κούτιλζις καὶ Ἴλιγερ, ἄνδρες τῶν παρὰ σφίσιν ὀνομαστοτάτων,) οὗτοι δὴ οὖν οἱ Σάβειροι ἀμφὶ τὴν Ἀρχαιόπολιν καὶ τὰ ἐκείνῃ πεδία, προστεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ Μαρτίνου, ἐστρατοπεδεύσαντο, ἐφ' ᾧ τοὺς πολεμίους (ἐνθένδε γὰρ ἤμελλον διαβήσεσθαι) ὡς ἂν οἷοί τε εἶεν πημαίνοντες, χαλεπωτέραν αὐτοῖς καὶ σφαλερωτέραν ποιήσοιντο τὴν πορείαν. ὁ δὲ Ναχοραγὰν, ἐπειδὴ ἐς τοῦτο τετάχθαι τοὺς Σαβείρους ἐπέπυστο, ἀπολεξάμενος ἐκ τῶν ξυστρατευομένων Διλιμνιτῶν ἄνδρας ἐς τρισχιλίους, αὐτίκα ἐπ' αὐτοὺς ἔστειλε, παρακελευσάμενος (ἦν γὰρ ἀλαζὼν καὶ ὑψηγόρος) ἄρδην ἅπαντας διαφθεῖραι, ὡς ἂν μή οἱ ἰόντι ἐπὶ τὸν πόλεμον ὄπισθεν ἐκεῖνοι P. 93 ἐφεδρεύοντες ὑπολειφθεῖεν· οἱ δὲ Διλιμνῖται, μέγιστον ἔθνος τῶν ἐντὸς Τίγρητος ποταμοῦ τῇ Περσίδι χώρᾳ προσοικούντων, μαχιμώτατοί τέ εἰσιν ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ οὐ λίαν τοξόται καὶ ἑκηβόλοι, ὥσπερ ἀμέλει οἱ πλεῖστοι τῶν Μήδων. ξυστούς τε γὰρ ἐπιφέρονται καὶ σαρίσσας, καὶ ξίφος ἐκκρεμὲς ἀπὸ τοῦ ὤμου· μαχαιρίδα τέ τινα ἐλαχίστην τῷ λαιῷ βραχίονι ἀναδούμενοι, ἀσπίδας καὶ πέλτας προβέβληνται· φαίης τε ἂν

4. *Bamalch Capilsesque et Lager* Intpr. 10. σφαλερωτέραν R., σφαλερωτάτην vulg. 12. συστρ. R. 15. οἱ ἰόντι correxi, οἱ ὄντι R., οἷόν τι Lugd. ed. pr., Intpr. *sibi, quum acie decernere-tur,* ἰόντι sine οἱ Par. 17. Πίγρητος R., Intpr. *Pigritum flumen.*

filius eorumque copiae insidebant; milites autem mercenarii natione Hunni, qui Sabiri vocantur, (aderat enim Romanis militum gravioris armaturae portio duorum circiter millium; quos ductabant Balmach et Coutilsis et Iliger, celebratissimi apud illos viri,) hi itaque Sabiri circa Archaeopolim et circumiacentes campos, prout ipsis Martinus mandarat, castra posuerant; ut hostes (videbantur enim illac transituri) quoad possent infestarent, et difficiliorem magisque periculosum ipsis transitum redderent. Nachoragan vero postquam Sabiros ea loca insedisse cognovit, delecta ex auxiliariis Dilimnitarum copiis virorum tria millia confestim in eos misit, cum mandatis (erat enim arrogans et iactabundus) ut omnes penitus interficerent, ne sibi ad proelium eunti illi a tergo insidiantes relinquerentur. Dilimnitae autem, maxima natio earum, quae intra Tigrim fluvium Persiam accolunt, bellicosissimi in primis sunt, neque admodum sagittarii, aut eminus ferientes, quemadmodum fere plerique Medorum; hastas enim gestant et sarissas et ensem ex humero dependentem; pugionem praeterea sinistro brachio alligantes, scuta et peltas praetendunt; dixeris sane eos neque omnino levioris armatu-

A. C. 555 αὐτοὺς οὔτε παντάπασι ψιλοὺς, οὔτε μὲν οὖν ὁπλίτας καὶ ἀγ-
I. I. 29 χεμάχους. πόῤῥωθέν τε γὰρ οὕτω τυχὸν ἀκοντίζουσι, καὶ ἐκ
B χειρὸς αὖ διαμάχονται, ἀγαθοὶ δὲ καὶ συῤῥάξαι φάλαγγι πολε-
μίᾳ, καὶ ὠθισμῷ χρώμενοι τὰς πυκνώσεις διαῤῥηγνύναι, ἔς τε
τὸ μετατάξασθαι εὐπετεῖς, καὶ ἁρμοσθῆναι τῷ προσπεσόντι.
αὐτοὶ δὲ καὶ ἐς τὰ προσάντη γεώλοφα ῥᾳδίως ἀναθέοντες, προ-
καταλαμβάνουσι τὰ ὑπερδέξια τῶν χωρίων, τρεπόμενοί τε
ὠκύτατα διαφεύγουσι, καὶ ἐπιόντες ἑτέροις ἐμμελέστατα ἐς
τὴν δίωξιν ἔγκεινται, καὶ σχεδόν τι ἅπασαν ἰδέαν πολέμου
μετιόντες καὶ ἐξησκημένοι, μέγιστα σίνονται τοὺς ἀντιπάλους·
ὡς δὲ ἐπιπλεῖστον ξυμπολεμεῖν τοῖς Πέρσαις εἰώθασιν, οὐ
μὴν ἠναγκασμένοι, ὥσπερ κατήκοοι. αὐτόνομοί τε γάρ εἰσι
καὶ ἐλεύθεροι, καὶ ἄγεσθαι ὑπό του πρὸς βίας οὐ πεφυκότες.

C ιή. Τούτων δὴ οὖν τῶν Διλιμνιτῶν ὁ ἀποδασμὸς, νυ-
V. 67 κτὸς ἐπελθούσης, κατὰ τῶν Σαβείρων ἐχώρουν, ἄμεινον εἶναι
δοκοῦν, ἔτι καθεύδουσιν αὐτοῖς ἐπιστῆναι, οὕτω τε ἅπαντας
εὐκολώτερον κατακτεῖναι· καὶ, οἶμαι, οὐκ ἂν διήμαρτον τῆς ἐλ-
πίδος, εἰ μή τις αὐτοὺς ἔσφηλε τύχη. ἰόντες γὰρ δήπου ἐς
τοῦτο, ἀνήρ τις αὐτοῖς Κόλχος ἐν σκότῳ καὶ ἐρημίᾳ, ᾧδέ πως
ξυνενεχθὲν, ὑπαντιάζει· καὶ τὸν ἀσμενέστατα ξυλλαβόντες,
ἀναγκάζουσι τῆς ἐπὶ τοὺς Σαβείρους ἡγεῖσθαι πορείας. ὁ δὲ
προθυμότατα ὑποστὰς τὸ ἐπίταγμα, καὶ ἤδη προπορευόμενος,

1. Pro μὲν οὖν R. μόνον. 3. ἂν διαμάχωνται R. 8. ἑτέροις correxi, ἑτέρας R., ἑτέρως vulg. 9. ἰδέαν πολέμου R., πολ. ἰδ. vulg. 11. ὡς δὴ Par. 17. εὐκολώτερον R., Intpr. *facilius*, εὐκολώτατα vulg.

rae esse, neque prorsus gravioris, et statarios milites; nam et eminus, si ita res postulet, tela iaciunt, et cominus manu rem gerunt; exercitati etiam ad infesta acie proeliandum, summaque vi densa agmina perrumpendum; expediti quoque et faciles in mutanda aciei forma, et ad quemvis eventum sese accommodandi; facile etiam arduos colles cursu superantes, editiora loca praeoccupant, celerrimeque cum opus est refugiunt, rursusque conversi acerrime insectantur atque urgent, atque in omni fere belli specie versati exercitatissimique gravissime hostes laedunt; iamdudum enim bello assueverunt, iampridem sub Persis militantes, non tamen coacti tanquam subditi. Liberi enim sunt suique iuris, neque ad alicuius arbitrium per vim trahi consueverunt.

18. Horum itaque Dilimnitarum portio quaedam, cum iam nox esset, in Sabiros ivit; consultius enim ipsis videbatur, si eos adhuc dormientes invaderent, atque ita facillime omnes trucidarent; neque, opinor, frustrati fuissent sua spe, nisi quaedam ipsos fortuna fefellisset. Nam ipsis ad hoc euntibus vir quidam Colchus in tenebris et solitudine forte fortuna fit obvius, quem illi statim avidissime apprehensum, ut itineris ad Sabiros ducem se

ἐπειδὴ νάπης τινὸς λασίας ἐκύρησεν, ὑφιζάνει τε ἠρέμα καὶ A. C. 555
ὑποδύεται· οὕτω τε διαδρὰς τοὺς ἑπομένους καὶ προτερήσας, I. I. 29
ἧκε δρομαῖος παρὰ τοὺς Οὔννους· εὑρὼν δὲ ἅπαντας ἀνειμένως D
οὑτωσὶ ἀναπαυομένους καὶ ὑπορέγχοντας· „ὦ δείλαιοι" ἔφη
„αὐτίκα μάλα ἀπολεῖσθε", τορόν τι ἐμβοήσας καὶ διαπρύσιον.
οὕτω τε αὐτοὺς μόλις ἀνακαλεσάμενος ἐς ἐγρήγορσιν, ἀγγέλλει τοὺς πολεμίους ὅσον οὔπω παρεσομένους. οἱ δὲ ξὺν θορύβῳ διαναστάντες, καὶ τὰ ὅπλα περιβαλόμενοι, ἐκτὸς τοῦ χαρακώματος ἀπεχώρουν, καὶ ὑπεκρύπτοντο, διχῇ μεμερισμένοι· κατέλιπον δὲ τήν τε εἴσοδον ἀφύλακτον, καὶ οὕτω κατὰ χώραν ἑστῶτας τοὺς ἐκ τῶν ξύλων τε καὶ ἐφεστρίδων ἐσκευασμένους οἰκίσκους. οἱ δὲ Διλιμνῖται πλείστας μὲν ὅσας ἀτραποὺς τῇ ἀπειρίᾳ τῶν τόπων ἀναμετρήσαντες, πλὴν ἀλλ' ἔτι ὑπὸ τὸ κνέφας ἐς τὸ τῶν Οὔννων στρατόπεδον ἀφιγμένοι, ἐσβάλλουσι P. 94
θαῤῥαλέοι ἐπὶ κακῷ τῷ σφετέρῳ, καὶ εἴσω ἅπαντες γίγνονται. πάταγος δὲ οὐκ ἦν, οὐδὲ βοή, ὡς ἂν μὴ ἐκεῖνοι ξυναίσθοιντο δῆθεν καὶ ἀφυπνισθεῖεν, ἀλλ' ἠρεμαῖοι τὰ δόρατα ἔς τε τὰς εὐνὰς καὶ τὰς καλύβας ἠκόντιζον, ὡς τοὺς καθεύδοντας ἀναιροῦντες. ἤδη τε ᾤοντο ἅπαν αὐτοῖς ἠνύσθαι τὸ ἔργον, ἀλλὰ τότε οἱ Σάβειροι ἐκ τῆς ἐνέδρας ἑκατέρωθεν ὁρμηθέντες, ἐσπίπτουσιν αὐτοῖς ἐξαπιναίως καὶ ἐπιφέρονται. οἱ δὲ ἀθρόον τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες, καὶ ἐς τἀναντία τῶν ἐλπισθέν-

3. δρομαίως R. 4. ὑποῤῥέγχ. vulg. 16. ὡς ἂν om. R. 19. ἠνύσθαι τὸ ἔργον R., τὸ ἔργ. ἠν. vulg.

praebeat, cogunt, quod quidem mandatum cum ipse libentissime subiisset, et iam eis praeiret; posteaquam densam quandam silvam fuit nactus, paulatim se ab eis recepit atque subduxit, ac tandem effugiens sequentes atque antevertens, citato cursu ad Sabiros pervenit; quos cum universos supine dormientes stertentesque reperisset, O miseri, inquit, iamiam periistis, alta claraque voce inclamans. Aegreque ipsis ita expergefactis, nuntiat hostem e vestigio adfuturum. Hi vero tumultuarie cum surrexissent seque armassent, vallo excesserunt, et bifariam divisi insidias locarunt, aditum in vallum castrorum incustoditum relinquentes, similiterque etiam tuguria passim ex palis et pellibus confecta. At Dilimnitae quamplurimas ambages viarum prae locorum imperitia emensi, nihilominus tamen ante diluculum cum ad castra Hunnorum pervenissent, confidenter suo ipsorum malo in ea irrumpunt, simulque omnes intro se recipiunt, atque ita tacite citraque ullum strepitum progressi, ne videlicet illi id persentiscerent atque expergefierent, hastas in eorum latibula et tuguriola torquent, tanquam interfecturi dormientes; et iam putabant rem totam ipsis esse confectam. Sabiri interea utrimque ex insidiis prosilientes, repente in eos irruunt; at illi subito illo atque inexspectato impetu consternati, et spe plane in

A. C. 555 των περιηγμένοι, διηπόρουν καὶ ἐταράττοντο· οὔτε γὰρ φεύ-
I. I. 29 γειν αὐτοὺς ῥᾷστα ἐνῆν ἐν ἐλαχίστῳ χωρίῳ ξυνειλημμένους,
B οὔτε μὴν ἐς τὸ ἀκριβὲς τοὺς δυσμενεῖς διαγινώσκειν, οἷα ἐν νυκτομαχίᾳ καὶ φόβῳ. τοιγάρτοι χύδην ὑπὸ τῶν Σαβείρων ἐκτείνοντο, οὐδ' ὅσον ἐς πεῖραν ἐλθεῖν ἀμυνόμενοι· καὶ ὀκτακόσιοι μὲν ἄνδρες ἔνδον ἐν τῷ στρατοπέδῳ διεφθάρησαν, οἱ δὲ ἄλλοι μόλις ὑπεκβάντες ἠλῶντο σποράδην, οὐκ ἐπιστάμενοι ὅποι χωρήσαιεν· ἤδη τε πόῤῥω που πεφευγέναι δοκοῦντες, αὖθις ἐς ταὐτὸν ἀνεκυκλοῦντο, καὶ περιέπταιον τοῖς πολεμίοις. καὶ ταῦτα μὲν τῆς νυκτὸς ἁπάσης ἐγίγνετο· ἤδη δὲ τοῦ ὄρθρου χαρασσομένου, καὶ ἡμέρας ἐπιφανείσης, αὐτίκα τῶν Διλιμνιτῶν οἱ σωζόμενοι ἐπεγίγνωσκον τὰς πορείας, καὶ ἰθὺ
C τῶν Περσικῶν ἔθεον στρατευμάτων, ἐγκειμένων σφίσι καὶ ὣς τῶν Σαβείρων. Βάβας δὲ ὁ στρατηγὸς, ὃς δὴ τῶν ἐν τῇ Κολχίδι χώρᾳ ἱδρυμένων ἐκπλείστου Ῥωμαίων ἡγεῖτο, ἀλλ' οὗτός γε ὁ Βάβας· (ἐτύγχανε γὰρ ἐν τῷ τότε κατὰ τὴν Ἀρχαιόπολιν διανυκτερεύσας,) τῷ μὲν θορύβῳ καὶ τῇ βοῇ πάντοθεν περιεβομβεῖτο. ἕως δὲ σκότος ἦν καὶ ἀδηλία τῶν ποιουμένων, ὁ δὲ ἀφασίᾳ εἴχετο πολλῇ, καὶ ἔνδον ἠρέμει· ὡς δὲ, τοῦ ἡλίου ἐπαυγάσαντος τὰς ἀκρωρείας, κατεῖδε τὸ ἀτρεκὲς τῶν τελουμένων, καὶ τοὺς Διλιμνίτας ὑπὸ τῶν Σαβείρων ἐλαυνομένους, τότε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκδραμὼν τοῦ ἄστεος ἅμα τῷ ξυμπαρόντι
D ὁμίλῳ, οὐκ ἐλάχιστόν τι αὐτῶν διεχρήσατο μέρος, ὡς μόλις

8. ὅπη R. 14. ὁ στρατηγῶν R. δὴ om. R. 15. ἀλλὰ R.

contrarium versa, in summa consilii inopia et perturbatione rerum versabantur. Neque enim facile ipsis erat fugam capessere, in arctum coactis, neque satis hostes internosse poterant, utpote cum nocte et metu conflictantes. Passim itaque a Sabiris trucidabantur, ne tentata quidem sui defensione; atque octingenti quidem viri intra castra perierunt, reliqui difficulter elapsi sparsim errabant, nescii plane quo se conferrent; cumque iam procul aufugisse viderentur, circumacti rursus et eodem relapsi, in hostes incidebant. Hoc pacto tota illa nox est transacta. Mane vero cum iam illuxisset, confestim qui supererant Dilimnitae recognitis viis recta ad Persarum castra cucurrerunt, persequentibus ipsos nihilominus tergaque prementibus Sabiris. Babas interea praefectus, qui iam inde a multo tempore Romanorum, qui Colchicam regionem insident, dux fuerat, cum per id temporis Archaeopoli pernoctasset, et tumultus ac clamor ipsum omni ex parte circumsonuisset; quamdiu tenebrae erant, et quid ageretur incertus esset, quietus tacitusque ibi subsistens, intus se continebat. Simulatque vero sol montium iugis affulsit, vere quid ageretur prospexit, Dilimnitas nimirum a Sabiris fugari. Tum itaque etiam ipse urbe effusus cum agmine, quod ad manum erat,

ἐκ τοσούτων οὔπω χιλίους τοὺς ξύμπαντας παρὰ τὸν Ναχο- A. C. 555 ραγὰν ἀφικέσθαι. L. I. 29

ιθ'. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ τῆσδε διήμαρτεν τῆς πείρας, αὐτίκα D ᾤχετο ἐπὶ τὴν Νῆσον, καὶ ἀγχοῦ που τῶν Ῥωμαίων στρατοπεδευσάμενος, προὐκαλεῖτο ἐς λόγους ἀφικέσθαι οἱ τὸν Μαρτῖνον. καὶ παραγενομένῳ, „σὺ δὲ" ἔφη „ὦ στρατηγὲ, ἐς τοσοῦτον ἀγχινούστατός γε ὢν καὶ φρενήρης, καὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις δυνατωτάτων, εἶτα οὐκ ἐθελήσεις ἀποπαῦσαι πόνου τε καὶ δυσμενείας ἄμφω τὼ βασιλέε, ἀλλὰ μεθῆκας αὐτοὺς οὕτω δὴ ἐπιπλεῖστον τὴν ἀλλήλων ἐπιλυμαινομένους. εἰ δὴ V. 68 οὖν νῦν γοῦν ἐστί σοι βουλομένῳ διαλλαγὰς ποιήσασθαι καὶ ξυνθήκας, ἄγε ὅπως αὐτὸς μὲν ἐς Τραπεζοῦντα τὴν πόλιν τὴν Ποντικὴν ἅμα τῷ στρατῷ μεταβήσῃ, ἐνθάδε δὲ ἡμεῖς μενοῦμεν οἱ Πέρσαι· οὕτω τε τὰ τῆς ἐκεχειρίας σχολαίτερον διαλεξόμεθα, πιστοῖς χρώμενοι ἀγγελιαφόροις. εἰ γὰρ μὴ ἑκὼν P. 95 εἶναι ἀπάξεις ἐνθένδε τὸ στράτευμα, ἴσθι, ὦ γενναῖε, ὡς πρὸς ἀνάγκης ἀπελαθήσῃ. βεβαιότατα γὰρ ἐγὼ τὴν νίκην ἔχω, καὶ περιβέβλημαι οὐ χαλεπώτερον ἢ τόδε τὸ κτῆμα." καὶ ἅμα λέγων, τὸν δακτύλιον ἐπεδείκνυεν ὃν ἐπεφέρετο. πρὸς ταῦτα δὲ ὑπολαβών· „ἀλλ' ἔμοιγε" ὁ Μαρτῖνος „εὐκτὰν μὲν ἡ εἰρήνη δοκεῖ καὶ τιμιώτατον, καὶ συλλήψομαί σοι προσαγομένῳ τε αὐτὴν καὶ καθιστῶντι· ἄμεινον δὲ, οἶμαι, ταῦτα δράσοιμεν

1. περὶ R. 3. διήμαρτεν τῆς πεῖρας R., τῆς πείρ. δ. vulg. 7. τε ὢν R. 10. ἔτι λυμαινομένους R. 14. τὰ om. R. 16. ἐνθάδε R. 17. ἔχων περιβ. R. 19. ἐπεδείκνυεν R., ἐπεδείκνυτο vulg.

non exiguam in iis stragem edidit, adeo ut vix in universum mille ad Nachoragam sint reversi.

19. Qui cum conatus hic non ex sententia successisset, confestim ad Insulam se recepit; castrisque iuxta Romanos locatis, Martinum ad se, in colloquium ut veniret, excivit; qui cum advenisset, Tu, inquit, praefecte, cum ita sis industrius ac prudens, unusque sis ex iis, qui praecipuae sunt inter Romanos potentiae, an non vis utrumque nostrum regem labore simul atque hostilitate mutua liberare? Patierisne ipsos quam diutissime mutuis sese damnis afficere? Quin potius si tibi placuerit pacta et foedera inire, age Trapezuntem Ponticam urbem cum exercitu te transfer; nos vero Persae hic manebimus; ita fiet, ut de induciis aut pace stabilienda per otium agamus, fidis utentes internuntiis; nisi vero volens ac libens exercitum hinc abduxeris, scito, o bone, quod per vim profligaberis. Certissimam enim habeo victoriam, eamque nihilo difficilius mihi comparavi quam hanc possessionem; simulque haec dicens, anulum, quem gestabat, ostendebat. Ad haec subiiciens Martinus, Et mihi, inquit, pax in votis summoque in pretio est, teque eam proponentem et constituentem iuvabo; melius vero haec nos perfecturos putarim, si tu quam citissime in Iberiam te transtuleris,

A. C. 555 ἂν, εἴγε σὺ μὲν ὡς τάχιστα ἐς Ἰβηρίαν μεταχωρήσεις, ἐγὼ
I. I. 29 δὲ ἐλεύσομαι ἐς Μουχείρισιν. οὕτω τε τὰ ἐν ποσὶ διασκεψόμεθα. τῆς δὲ νίκης πέρι σοὶ μὲν ἐξέστω μεγαλαυχεῖν τῷ λόγῳ καὶ αὐθαδιάζεσθαι, καὶ τῶν ἀγοραίων αὐτὴν καὶ αὐ-
B θαιρέτων ἡγεῖσθαι κτημάτων· ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτό φημι τῇ τοῦ κρείττονος ταλαντεύεσθαι γνώμῃ, καὶ οὐ παρὰ τοὺς μέγα βρενθυομένους ἰέναι, ἀλλ' ἐφ' οὓς ἂν ὁ πάντων προαγωγὸς ἐπινεύσῃ." οὕτω δὲ τοῦ Μαρτίνου ἀνδρειότατά τε καὶ μάλα ὁσίως ἀποκριναμένου, καὶ τῇ τοῦ βαρβάρου νεμεσήσαντος ἀλαζονείᾳ, οὐδὲν δὲ ὁτιοῦν προελθὸν εἰρηναῖον, διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων. καὶ ὁ μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκε, Μαρτῖνος δὲ ἐς τὴν Νῆσον. τῷ δὲ Ναχοραγὰν μενετέα μὲν αὐτοῦ ἥκιστα ἐδόκει, ἐς δὲ τὸν Φᾶσιν τὴν πόλιν ἰέναι διενοεῖτο, ἐκεῖσέ τε μᾶλλον ἐκκαλέσασθαι τοὺς Ῥωμαίους. ἐπιμαχώτατον γὰρ τὸ ἐκείνῃ ἔρυμα εἶναι ἐπέπυστο, ἅτε δὴ ξύλοις ἅπαν
C ἐσκευασμένον, καὶ τὰ ἐχόμενα πεδία εὐόμαλά τε καὶ ἀγαθὰ ἐνστρατοπεδεύσασθαι. ἤδη δὲ ἡ πόλις ὁ Φᾶσις, ἅπασιν, οἶμαι, διαδηλότατον, ὡς ἐκ τοῦ ποταμοῦ εἴληφε τὴν ἐπωνυμίαν, πλησιαίτατα ὑποῤῥέοντος, καὶ ἀμφ' αὐτὴν ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον ἀπερευγομένου. πρὸς γὰρ τῷ αἰγιαλῷ καὶ ταῖς ἐκβολαῖς τὸ πόλισμα ἵδρυται· ἀφέστηκε δὲ τῆς Νήσου ἓξ μάλιστα παρασάγγαις ἐπὶ δυόμενον ἥλιον.

8. ἐπινεύσῃ R., ἐπινεύσοι vulg. 9. καὶ ante τῇ om. R. 13. τὸν Φᾶσιν R., τὴν Φ. vulg. 16. εὐόμαλα R., Intpr. *exaequatos et patentiores*, εὐέμβολα vulg. Secutus sum, constantiae causa, auctoritatem codicis, in prioribus certe libris Lugdunensi longe praestantioris. 21. *stadiis centum* Intpr. (πέντε παρ.)

ego vero Muchirisim me recepero, atque ita de rebus nostris dispiciemus. De victoria vero liceat tibi iactabunde arroganterque loqui, eamque inter venales et nostro arbitrio subiectas ac parabiles res collocare. Ego vero victorias Dei unius voluntate librari censeo eamque non ad fastuosos valdeque elatos vergere, sed ad eos, quibus ille omnium productor atque moderator annuerit. Haec cum Martinus perstrenue honestissimeque respondisset, barbari arrogantia offensus, pace infecta, a mutuo colloquio discesserunt; atque hic quidem ad castra, Martinus vero in Insulam se recepit. Nachoragan autem nequaquam ibi commorandum censens, ad Phasidem urbem se conferre statuit, eoque potius Romanos evocare. Facillimum enim expugnatu illic esse propugnaculum audierat, quippe quod totum e lignis exstructum esset, et circumiectos campos patentes et castris metandis accommodatos haberet. Atqui urbem Phasidem a fluvio ei cognomine ita vocatam esse, omnibus, arbitror, est notissimum; qui quidem fluvius Phasis non procul ab ea fluit, et circa ipsam in Euxinum pontum fertur. Ad littus enim et ostia urbs sita est; distat autem ab Insula sex summum parasangis occasum versus.

κ'. Εὐθὺς δὴ οὖν ὁ Ναχοραγὰν πόῤῥω τῶν νυκτῶν τὰς A. C. 555 ἀκάτους ὁπόσας ἐφ' ἁμαξῶν ἐπήγετο, ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβαλὼν I. I. 29 καὶ συζεύξας, λανθάνει τοὺς Ῥωμαίους γέφυράν τέ τινα ἐξ D αὐτομάτου πηξάμενος, καὶ ἅπαν τὸ πλῆθος ἐς τὸ ἀντιπέραν διαβιβάσας· ἐβούλετο γὰρ ἐς τὰ πρὸς νότον ἄνεμον ἀφικέσθαι τοῦ ἄστεος, ὅθεν δὴ αὐτῷ οὐδαμῶς ἤμελλε τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ κώλυμα ἔσεσθαι τῷ περιβόλῳ πελάζοντι· ὑπὸ γὰρ τὸ ἀρκτῷον καταῤῥεῖ καὶ παρατείνεται μέρος. καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ τὸ περίορθρον ἄρας ἐκ τῆς ὄχθης, εἴχετο τῆς πορείας, καὶ τὴν Νῆσον ὡς ἀπωτάτω παραμειψάμενος, ἀνὰ τὰ πρόσω ἐχώρει· μόλις δὲ περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν διάβασιν ἐγνωκότες, διεταράχθησάν τε καὶ περὶ πλείστου ἐποιοῦντο προτερῆσαι ἀνὰ τὸ ἄστυ τοὺς πολεμίους. τοιγάρτοι τάς τε τριήρεις καὶ ὅσοι τριακόντοροι παρώρμουν πληρώσαντες, ὀξύτατα P. 96 τοῦ ποταμοῦ τῷ ῥῷ κατεφέροντο. ἀλλὰ φθάσας ὁ Ναχοραγὰν ἀμφὶ τὸ μεσαίτατον τῆς τε Νήσου καὶ τοῦ ἄστεος ἐτύγχανεν ἤδη, ξύλοις τε καὶ λέμβοις τὸ εὖρος ἅπαν τῆς δίνης διαφραξάμενος, τό τε τῶν ἐλεφάντων στῖφος ὄπισθεν ἐπιστήσας, ἐς ὅσον οἷόν τε ἦν αὐτοῖς τῆς βάσεως ἐφικνεῖσθαι. ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων στόλος ταῦτα πόῤῥωθεν ἰδόντες αὐτίκα πρύμναν ἐκρούοντο, πολλῇ τε χρώμενοι ἐς τοὔμπαλιν τῇ εἰρεσίᾳ, χαλεπώτατα πρὸς τὸ ἀντίπρωρόν τε καὶ ῥοῶδες τῆς φορᾶς ἀνταναn-

5. ἱκέσθαι R. 12. γε καὶ R. 15. Ante τοῦ ποτ. add. R. ὑπὸ. 19. ἐφικνεῖσθαι R., ἀφικνεῖσθαι vulg. 20. πρύμνης R. 21. χρώμενος R. 22. ἀντίπρωρόν R., ἀντίπορόν vulg.

20. Confestim itaque Nachoragan intempesta nocte scaphis, quotquot secum plaustris advexerat, in flumen immissis atque inter se iunctis, insciis Romanis pontem stravit, et exercitum universum in oppositam ripam transmisit. Cupiebat enim in eam oppidi partem, quae Austrum spectat, pervenire; e qua parte Phasidis fluenta nequaquam sibi impedimento fore videbantur muro appropinquanti; nam is in borealem delabitur et protenditur partem. Nachoragan itaque sub primum diluculum movens e ripa iter suum continuavit, Insulaque quam remotissime praeterita ad ulteriora processit. Romani vero cum vix tandem hora diei sexta pleno iam foro cognovissent Persas flumen traiecisse, vehementer perturbati erant, summaque vi adnitebantur hostes circa oppidum praevenire. Quocirca triremibus omnibus et actuariis triginta remorum navibus, quotquot in portu stationem habebant, milite completis, celerrime secundo flumine ferebantur. At Nachoragan eos anteverterat, iamque ad medium inter Insulam et urbem locum pervenerat, totamque fluminis latitudinem lignis lembisque inter se iunctis intersepserat; elephantorum caterva retro opposita, quantum et quousque illi progredi potuerant. Romanorum vero classis eminus id conspi-

A. C. 555 γόμενοι, ἀπεχώρησαν. δύο δὲ ὅμως ναῦς κενὰς τῶν ἐμπλεόν-
I. I. 29 των εἷλον οἱ Πέρσαι. οἱ γὰρ δὴ ἄνδρες ξυλλαμβάνεσθαι μέλ-
B λοντές, τοῖς ὕδασι παραδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς εὐτολμότατα κα-
τεθάῤῥησαν, ἀντὶ τοῦ μείζονος, οἶμαι, καὶ προὔπτου κινδύνου
τὸ ἔλαττον δεινὸν δήπου ἑλόμενοι, καὶ μετέσχον μᾶλλον τῶν
ἐκ τῆς τύχης ἀδήλων. τοιγάρτοι ἀφήλαντό τε κουφότατα καὶ
ὑποβρύχιοι ἐπιπλεῖστον διανηξάμενοι, μόλις ὡς τοὺς οἰκείους
V. 69 ἀπεκομίσθησαν. τότε δὴ οὖν οἱ Ῥωμαῖοι Βούζην μὲν τὸν στρα-
τηγὸν ἀνὰ τὴν Νῆσον κατέλιπον, ἅμα τῷ οἰκείῳ στρατεύματι
ἐπιμελησόμενόν τε τῶν τῇδε ἁπάντων, καὶ ἀλεξήσοντα ἐς ὅ, τι
δεήσοι· οἱ δὲ ἄλλοι ἅπαντες κατὰ τὸ ἐγκάρσιον τὸν ποταμὸν
περαιωθέντες, καὶ διὰ τῆς χέρσου ἑτέραν τινὰ ὁδὸν πορευό-
μενοι, ὡς μὴ κατ' αὐτὰ τοῖς πολεμίοις χωρῆσαι, παραγίνον-
C ται ἐς ἐκεῖνο δὴ τὸ τοῦ Φάσιδος ἐπώνυμον ἄστυ, καὶ εἴσω
τῶν πυλῶν παρελθόντες, διεδάσαντο στοιχηδὸν οἱ στρατηγοὶ
τὴν φρουρὰν τοῦ περιβόλου. οὐ γὰρ ᾤοντο ἀξιόμαχοι ἔσεσθαι,
εἴ γε συστάδην παρατάξασθαι πειραθεῖεν. πρῶτος μὲν οὖν Ἰου-
στῖνος ὁ Γερμανοῦ καὶ ὁ ἀμφ' αὐτὸν ὅμιλος ἐν τῷ ἀκρο-
τάτῳ μέρει τῷ πρὸς θάλατταν νεύοντι ἐτετάχατο· βραχὺ δέ
τι ἀπωτέρω Μαρτῖνος εἱστήκει ὁ στρατηγὸς καὶ αἱ Μαρτί-
νου δυνάμεις· ἀμφὶ δὲ τὸ μεσαίτατον Ἄγγιλας μὲν ἔχων
Μαυρουσίους πελταστὰς καὶ λογχοφόρους, Θεόδωρος δὲ Τζάν-

3. εὐτόλμώτατα R. 6. ἀφήλλαντο R. 8. οὖν om. R. 11. πάντες R. 17. παρατάξασθαι R., παρατάξεσθαι vulg. 19. θάλασσαν R. 22. Μαυρουσίως Sph. Par. Τζάνους vulg., Τζανοὺς R.

cata, puppim reflexit, validoque retrorsum remigio utens et magna vi ac difficultate contra adversum rapidi fluminis impetum nitens, sese recepit; duas nihilominus naves vectoribus vacuas Persae ceperunt; viri enim, cum etiam sese captum iri viderent, undis se ipsos audacter commiserunt, pro maiore, uti arbitror, et praesenti periculo minus eligentes, et fortunae incertitudinem periclitari malentes. Quocirca et levissime in undas desiliebant, et in immo maxima ex parte gurgite natantes aegre ad suos evaserunt. Tum itaque Romani Buzem quidem apud Insulam reliquerunt, cum suis copiis res illic omnes curaturum et si opus esset opitulaturum; reliqui vero omnes transversim traiecto flumine, aliaque per continentem incedentes via, ne in eadem, quae hostes insidebant, loca venirent, in urbem Phasidi fluvio cognominem perveniunt; portisque recepti praefecti praesidia per muros suo quaeque ordine disponunt; neque enim putabant sese viribus pares fore, si stataria pugna proeliandum esset. Primus igitur Iustinus Germani filius cum suo agmine in editissima urbis parte ad mare vergente locatur: exiguo vero abhinc spatio praefectus stabat et Martini copiae. Sub ipsum autem medium Angilas, Mauros penes se habens peltatos et hastigeros, Theodorus vero Tzannos

νους ὁπλίτας, καὶ Φιλομάθιος Ἰσαύρους σφενδονήτας καὶ ἀκον- A. C. 555
τοβόλους. ὀλίγῳ δὲ τούτων ἀποκεκριμένοι ἐφρούρουν Λαγγο- I. I. 29
βάρδων ἀπόμοιρα καὶ Ἐρούλων, Γίβρος δὲ ἡγεῖτο ἀμφοτέρων. D
τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν τοῦ τείχους, καὶ πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον
ἀπολῆγον, τοῖς ἑῴοις τάγμασιν ἐπεφρόντιστο, ὑπὸ Βαλεριανῷ
στρατηγῷ ταττομένοις. οὕτω μὲν ὑπὲρ τοῦ ἐρύματος ἡ τῶν
Ῥωμαίων στρατιὰ ἐν κόσμῳ παρίστατο.

κα΄. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ χαράκωμα ἔμπροσθεν καρτε-
ρώτατα ἐξειργασμένον, ὡς ἀντέχειν εὐθὺς πρὸς τὰς ἐπι-
δρομάς, καὶ ὃν ἐν προβόλου μοίρᾳ ἐγκεῖσθαι τῷ τείχει. ἐδε-
δίεσαν γὰρ εἰκότως ἐπ' αὐτῷ, ἅτε δὴ ξύλοις τε πεποιημένῳ,
καὶ ἄλλως ὑπὸ χρόνου πολλαχοῦ διεῤῥυηκότι. τῷ τοι ἄρα
αὐτοῖς καὶ τάφρος μάλα εὐρεῖα πέριξ ὀρώρυκτο, ὕδατός τε
ἤδη μεστὴ καὶ ὑπερχειλὴς ἐγεγόνει, ὡς καὶ τοὺς σκόλοπας,
οἳ δὴ ἐτύγχανον ξυνεχέστατα ἐμπεπηγότες, διαλανθάνειν καὶ P. 97
ἀποκεκρύφθαι· τῆς γὰρ λίμνης, ἣν δὴ σμικρὰν θάλατταν ὀνο-
μάζουσι, τὴν ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον ἐκροὴν φερομένην ἐνταῦ-
θα μετοχετεύσαντες, ῥᾳδίως ἅπαντα ἔπλησαν. νῆες δὲ φορτίδες
μεγάλαι πρὸς τῇ κυματωγῇ τῆς θαλάττης καὶ ταῖς ἐκβολαῖς
τοῦ Φάσιδος πλησιαίτατα τοῦ ἄστεος ἐφορμοῦσαι, μετεώρους
εἶχον τὰς ἀκάτους, καὶ ἀμφ' αὐτὰ δήπου τὰ καρχήσια τῶν

2. Λογγοβ. Par. 6. τεταγμένοις R. 7. παρίστατο R., παρετέτακτο (sic) vulg. 10. ὃν aut delendum est, aut in οἷον mutandum. 11. τε om. R. 16. μικρὰν et 17. εἰς R. 19. τῇ κυματωγῇ Suid. s. h. v., τῇ κυματογῇ Lugd. et ed. pr., τῇ κυματώδει γῇ R. θαλάσσης R.

gravioris armaturae, et Philomathius Isauros funditores et iaculatores habens; neque procul ab his stationem habebat Langobardorum et Herulorum manus, ductante utrosque Gibro; reliqua muri pars in subsolanum desinens orientalibus agminibus sub Valeriano praefecto constitutis curae erat. Hunc itaque in modum Romanus exercitus in muri praesidio erat dispositus.

21. Vallum etiam munitissimum exterius ipsis exstructum erat, e quo primos hostium insultus sustinere possent, quique muro vice propugnaculi esset, cui non immerito utpote ex lignis constructo metuebant, et alioquin non una in parte prae vetustate vitium fecerat; ideoque etiam amplissimam in orbem fossam duxerant, quae ita aquis erat referta, ut ea ipsa labris effusa acuminatos etiam palos, qui dense suffixi erant, obtegeret, ita ut cerni non possent. Lacum enim, quem parvum mare appellant, et in Pontum Euxinum fertur, eo derivarant, facileque omnia replerant; naves etiam onerariae grandiores quam proxime ad urbem admotae sublimes habebant corbes, ad ipsa malorum carchesia subvectos, firmissimisque vinculis dependentes, ut et turribus magnitudine altitudineque lon-

A. C. 555 ἱστῶν ἀνιμηθείσας καὶ βεβαιότατα αἰωρουμένας, ὡς πολλῷ I. L. 29 ἀνέχειν τὰ μεγέθη τῶν πύργων καὶ ὑπερφέρεσθαι. ἄνω δὲ στρατιῶται εἱστήκεσαν, καὶ τῶν ναυτῶν ὁπόσοι εὐθαρσεῖς τε καὶ πολεμικώτεροι, τόξα τε φέροντες καὶ σφενδόνας, μηχανάς τε ἐκηβόλους ἐνθέμενοι, πρὸς τὸ ἐνεργὸν ἤδη ἐσκευασμένας. B ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτεραι νῆες διὰ τοῦ ποταμοῦ ἀνηγμέναι, ἐπὶ θάτερον μέρος παρῆσαν, ᾧ δὴ Βαλεριανὸς ἐφειστήκει, ὁμοιότατα ταῖς ἄλλαις ἐξηρτυμέναι, ὡς ἂν ἑκατέρωθεν οἱ πολέμιοι ἐξ ὑπερδεξίων βαλλόμενοι ἀποκρούοιντο, πελασείοντες τῇ πολιορκίᾳ. ὥστε δὲ ταύτας δὴ τὰς ἐν τῷ ποταμῷ ναῦς ἥκιστα ὑπό του πημαίνεσθαι, Δαβραγέζας, Ἄντης ἀνὴρ, ταξίαρχος, καὶ Οὖννός τις λοχαγὸς, Ἐλμίγγειρος ὄνομα, οὗτοι δὴ, προστεταγμένον αὐτοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν, ἐπακτρίδας τινὰς ἀμφιπρύμνους δέκα πληρώσαντες ἐκ τῆς ἀεὶ σφίσιν ἑπομένης δυνάμεως, καὶ ὡς ἀνωτέρω προελθόντες, ἐφρούρουν ξὺν ἀγρυπνίᾳ, καὶ περιεσκόπουν τὰς διαβάσεις ἐπιπλέοντες, νῦν μὲν ἐν μέσῳ τῷ ῥείθρῳ, νῦν δὲ ἐφ' ἑκατέρας τῆς ὄχθης. καὶ C τοίνυν ἐνταῦθα ξυνηνέχθη τερπνόν τι λίαν καὶ ἐπίχαρι ὡς ἐν πολέμῳ καὶ παρατάξει. ἔτι γὰρ τούτων ἀνωτέρω αἱ Ῥωμαϊκαὶ δύο τριακόντοροι, ἃς δὴ ἔμπροσθεν ἔφην κενὰς ἀνδρῶν ὑπὸ

2. ὑποφέρ. R. 4. τε post τόξα om. R. 7. Pro ᾧ δὴ R. habet lacunam, super quam recentior manus adscripsit: αἷς. 9. χρούοιντο R. 11. Δαβραγέζας Ἄντης ἀνὴρ. Egregiam hanc emendationem a Leunclavio, ni fallor, profectam praebet mg. R., ubi in ordine scribitur Δαβραγέζας ἄν τις. Vulg. Δαβραγαζάντης, Intpr. *Darragetas vir quidam.* Antae Sclavorum natio sunt, ex quorum nomine Anticum se dixit Iustinianus. 12. Ἐλμ. R. 20. δύο om. R.

ge essent superiores; desuper stabant milites, et nautae quotquot audaciores erant et bellicosiores, arcus gestantes et fundas, aliasque machinas imponentes, ad idoneum usum praeparatas; sed et aliae naves per fluvium adductae ex utraque parte aderant, quibus praeerat Valerianus, simili modo atque aliae instructae, ut hostes utrimque ex editioribus locis icti propulsarentur, si propiore obsidione urbem premere vellent. Ne vero naves hae in fluvio dispositae facile a quoquam laedi possent, Dabragezas tribunus, natione Anta, et quidam ordinum ductor, Elmingirus nomine, prout eis per praefectos mandatum erat, decem actuarias naves bipuppes e copiis, quibus praeerant, instruxerunt, quibus altius provecti magna cum vigilantia fluvium tuebantur, transitusque omni ex parte circumspectantes observabant, modo medio fluminis alveo, modo huic modo alteri ripae adnavigantes. Interea iucundum quid et gratiosum ut in bello et proelio ibi accidit. Ulterius enim adhuc quam hae naves erant dispositae, duae illae naves onerariae XXX. remorum, quas supra dixi milite vacuas a Persis captas fuisse; hae,

τῶν Περσῶν ἀφῃρῆσθαι· αὗται δὴ οὖν αἱ τριακόντοροι, ὁπλί- A. C. 555
τας ἔχουσαι Μήδους, ἐν τῷ ποταμῷ ἐναυλοχοῦντο καλωδίοις I. I. 29
τῆς γῆς ἐξημμέναι. νυκτὸς δὲ ἐπιλαβομένης, οἱ μὲν ἄνδρες ἐν
αὐταῖς ἐκάθευδον ἅπαντες· τοῦ δὲ ῥοῦ πολλοῦ φερομένου, καὶ
τὰ πείσματα διατείνοντος τῇ ὑπαγωγῇ τῶν ὁλκάδων, ἀποῤ-
ῥήγνυται τῇ μιᾷ ὁ δεσμὸς ἐξαπιναίως· ἄφετον δὲ αὐτὴν ἡ δίνη V. 70
λαβοῦσα καὶ ἐλευθέραν, καὶ οὔτε εἰρεσίας ἀντιπραττούσης,
οὔτε πηδαλίου ἑτέρωθί που ἰθύνοντος, κατάγει πως αὐτὴν ὀξύ- D
τατα ἐς τὸ πρόσω, καὶ παραδίδωσι τοῖς ἀμφὶ Δαβραγέζαν
Ῥωμαίοις. οἱ δὲ ἐσιδόντες, ἄσμενοι εἷλον τὸ θήραμα, καὶ
ἐπετέρποντο τῇ ξυντυχίᾳ, ὅτι γε αὐτοῖς ἥδε ἡ ναῦς κενὴ πρό-
τερον ἀπελθοῦσα, τότε δὴ ἀνδρῶν ἀνάπλεως ἐπανῆκεν.

κβʹ. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ναχοραγὰν ἁπάσῃ τῇ δυνάμει ἄρας
ἐκ τοῦ στρατοπέδου, τῷ ἄστει ἐπέλαζεν, ἀκροβολίσασθαί τε
βουλόμενος, καὶ ἀπόπειραν ποιήσασθαι τῶν Ῥωμαίων, εἰ
ἐπεξίασι· ταύτῃ τε σαφέστατα διαγνῶναι, ὅπως αὐτῷ εἰς
ἑτέραν τὰ ἐς τὸν πόλεμον παρασκευαστέα. τότε δὴ οὖν οἱ Πέρ-
σαι, ἐπειδὴ ἐς τόξου βολὴν ἀφίκοντο, αὐτίκα οἵγε, τοῦτο δὴ
αὐτοῖς τὸ εἰθισμένον, θαμὰ ἐπετοξάζοντο· πολλοί τε τῶν Ῥω-
μαίων τρωθέντες, οἱ μὲν ἔτι ἀμυνόμενοι ἀντεῖχον, ἔνιοι δὲ P. 98
καὶ ἀπόμαχοι ἐγίγνοντο. Ἀγγίλας δὲ καὶ Φιλομάθιος καὶ
τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ταγμάτων ἄνδρες ἐς διακοσίους, καὶ ταῦτα
προειρημένον ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ ὑπὸ Μαρτίνου μένειν ἕκαστον

3. Pro τῆς γῆς R. τισὶν. 8. πω R. pro που. 9. Δαβραγέζαν R. a 2. m., Δαβραγέζοις 1. m., Dabracezes Intpr., Δαβραγάζαν vulg. 10. ἐπιδόντες R. 19. θαμὰ om. R.

inquam, naves militibus gravis armaturae erant instructae, atque ita rudentibus ad oram alligatae; noctu vero dormientibus in eis universis, cum aestus ingens esset obortus et rudentes distenderet, depressione agitationeque navigiorum alterius illarum vinculum repente est disruptum; quam cum vortex solutam liberamque accepisset, neque illi vel remigio obniti, vel gubernaculo aliorsum eam dirigere possent, abreptam rapidissime celerrimeque ad Romanos, quibus Dabragezas praeerat, defert, qui quidem eam conspicati, laeti ceperunt, insperataque captura sunt gravisi, quod navis, quae antea vacua ab ipsis abierat, viris plena rediisset.

22. Interea Nachoragan cum universo exercitu e castris movens urbi appropinquavit, velitando et iaculando tentare volens Romanos, an eruptionem facerent; eaque ratione apertissime cognoscere, quo pacto sibi in sequentem diem res bellicae praeparandae essent. Persae itaque simulatque ad teli iactum pervenerunt, confestim more suo ingentem sagittarum vim emittunt, multisque Romanorum vulneratis, alii quidem adhuc pugnando resistebant, alii pugna excesserunt. Angilas vero et Philomathius et ex ipsorum agminibus viri ducenti, tametsi Martinus universo exercitui imperarat, ut suo

A.C. 555 L. I. 29 κατὰ χώραν, καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ἀπομάχεσθαι, οἱ δὲ τὴν καθ' αὐτοὺς πύλην ἀναπετάσαντες, κατὰ τῶν πολεμίων ἐχώρουν. Θεόδωρος δὲ ὁ τοῦ Τζαννικοῦ ὁμίλου ταξίαρχος, ἐπεῖχε μὲν τὰ πρῶτα, καὶ ἀνέκοπτε τὴν ὁρμὴν, νεμεσῶν αὐτοῖς τῆς προπετείας. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείθοντο, ὑπήγετο καὶ αὐτὸς τοῖς πλεί- B στοις, οὔτι ἑκὼν, καὶ ἐνεδίδου, εὐθύς τε ἐφοίτα σὺν ἐκείνοις, ὡς μὴ ἀποδειλιᾶν νομισθείη, τούτου τε ἕνεκα μόνου τὸ εὐπρεπὲς τῆς εὐβουλίας προΐσχεσθαι· ἤρεσκε μὲν γὰρ αὐτὸν οὐδαμῶς τὰ ποιούμενα, μετέχειν δὲ ὅμως αὐτῶν ἠνείχετο ἐς ὅ, τι ἄρα καὶ τελευτήσαιεν. καὶ μικροῦ γε ἅπαντες αὐτοῦ διεφθάρησαν, εἰ μή τις αὐτοὺς ἑτέρα διέσωσε γνώμη ἐκ τοῦ κρείττονος ἐπιῤῥωσθεῖσα. οἱ γὰρ Διλιμνῖται ἀνὰ τὸν ἐκείνῃ χῶρον ἑστῶτες καὶ ἐς φάλαγγα ξυντεταγμένοι, ἐπειδὴ κατεῖδον τὴν ὀλιγότητα τῶν ἐπερχομένων, υπεδέχοντό γε αὐτοὺς ἡσυχῇ καὶ ἀνέμενον. ὡς δὲ ἀγχοῦ ἤδη παρῆσαν, αὐτίκα οἵγε ἠρέμα τὰ κέρα ἐπικολπώσαντες, περιβάλλουσιν ἅπαντας, καὶ ἐς ἀκριβῆ κύκλω- C σιν ἐγκατεῖργον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάντοθεν περιειλημμένοι, δρᾶσαι μὲν τολοιπὸν οὐδὲν ὁτιοῦν τοὺς πολεμίους διενοοῦντο· εὐκτὸν δέ τι αὐτοῖς ἐδόκει καὶ ἄπιστον, εἴγε ἀμωσγέπως διαδράσαιεν. καὶ δὴ ἐπὶ σφᾶς ἑλιχθέντες, καὶ τὰ δόρατα προβεβλημένοι, ἐμπίπτουσιν ἀθρόον τῶν πολεμίων τοῖς πρὸς τῷ ἄστει ἐφεστηκόσιν. οἱ δὲ ἐσιδόντες αὐτοὺς πολλῇ τῇ ῥύμῃ φε-

3. Τζανικοῦ R. 7. δειλιᾷν R. 11. αὐτός Sph. Par. 15. ἐπικολπώσαντες R., ὑποκ. vulg. 21. τὸ ἄστυ R.

quisque loco se contineret atque e tuto pugnaret, nihilominus tamen e porta ipsis proxima evolantes, in hostem ferebantur. Theodorus vero Tzannici agminis dux initio quidem suos continuit impetumque repressit, temeritatis eos arguens; cum vero illi dicto audientes non essent, ipse etiam se pluribus non quidem libens adiunxit, et cum illis in hostem ivit, ne timidus censeretur, eaque sola de causa honestum consilium speciose praetexere. Factum enim ei nequaquam probabatur, particeps tamen illius esse volebat, quemcumque tandem exitum esset habiturum. Et certe parum aberat, quin omnes ibi simul periissent, nisi aliud quoddam consilium a Deo corroboratum saluti eis fuisset. Dilimnitae enim, qui eo loci stationem habebant, instructaque acie stabant, contempta adventantium paucitate, quieti eos operiebantur, neque se loco suo dimovebant; cum vero iam propius accessissent, confestim sinuatis diductisque cornibus universos circumveniunt, et in orbem veluti corona cingunt. Romani autem omni ex parte conclusi, non iam de damno ullo hostibus inferendo cogitabant; praeclarum vero atque inauditum facinus censebant, si ulla ratione possent evadere. Conglobati itaque praetensis hastis confertim in hostes, qui oppidum versus stabant, irruunt; qui cum eos maximo impetu et tanquam desperata

ρομένους, καὶ οἷον ταῖς ἐλπίσιν ἀπειρηκότας, διέστησαν εὐ- A. C. 555
θὺς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἀπεκρίθησαν, οὐκ ἐνεγκόντες ἄνδρας I. I. 29
δυσθανατῶντας, καὶ ὅποι αὐτοῖς τὸ θράσος χωρήσει, οὐ λογιζομένους. οὕτω δὲ ἐκείνων ἐφέντων, ἐκδραμόντες οἱ Ῥω- D
μαῖοι κατὰ τὸ παρεῖκον, ἄσμενοι αὖθις εἴσω τοῦ περιβόλου ἐγένοντο, καὶ τὴν πύλην προσήῤῥαξαν. παρὰ τοσοῦτον μὲν κινδύνου ἵκοντο, οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τῳ ἀριστεύσαντες, ἢ μόνῳ τῷ διαφυγεῖν καὶ ἀποσωθῆναι.

κγ'. Τοῖς δὲ τῶν Περσῶν ἀχθοφόροις ἐκπλείστου διαπονουμένοις ἐς τὸ τὴν τάφρον καταχωννύναι, τότε δὴ ἅπασα αὐτοῖς ἀνεπέπληστο, καὶ συνῆπτο ἁπανταχόθεν τὸ ἀπεῤῥωγὸς καὶ μεμερισμένον, ὡς καὶ βάσιμον εἶναι τὸ χωρίον στρατιᾷ τειχομαχούσῃ, καὶ τὰς ἑλεπόλεις μηχανὰς οὐ χαλεπῶς ἐνθένδε προσάγεσθαι. μακρὸς δὲ αὐτοῖς ἢ κατὰ τὴν πολυχειρίαν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ χρόνος ἐτρίβη. λίθους γὰρ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ χοῦν ἐμβαλόντες, οὐ ῥᾳδίως πρὸς τὰς συγκλείσεις ἐξήρ- P. 99
κουν, ξύλων οὐ μάλα παρόντων, ὅτι μὴ ὁπόσα πόῤῥωθεν ἐκ τῆς νάπης κατατέμνοντες ξὺν πόνῳ πολλῷ διεκόμιζον. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἐτύγχανον ἤδη πρότερον ἅπαντας τοὺς ἀμφὶ τὸ ἄστυ ἀγροὺς ἐμπρήσαντες, καὶ πρός γε τὰς τῶν ὁδοιπόρων καταλύσεις καὶ εἴ τι ἕτερον ἐνδιαίτημα ὡς πλησιαίτατα ἵδρυτο.

5. παρεῖκον R. et Lugd. corr., παρῆκον vulg. 6. πόλιν R. προσήῤῥαξαν R., προσεῖρξαν vulg. 10. ἐς τὸν (punctis subditis) ταφρὸν R. 14. μακρότερος coni. Cl., Intpr. *plus temporis quam.* ἢ κατὰ R., καὶ κατὰ vulg.

salute in se ferri viderent, confestim aciem inter sese mutuo diremerunt ac separarunt, hominum cum certa propemodum morte luctantium et extrema audentium, neque quo ipsis audacia evasura esset reputantium impetum nequaquam sustinentes. Sic itaque permittentibus Persis Romani effugio elapsi laeti sese intra murum receperunt, simulque portam clauserunt. In tantum discrimen venerant, nulla alia re praeclare gesta, quam quod sola fuga salutem sibi peperissent.

23. Persarum vero baiuli, qui iamdudum in opplenda fossa laborarant, iam illam totam opplerant; et quicquid omni ex parte abruptum divulsumque fuerat, compositum iam adaequatumque erat, ita ut exercitui oppugnationem muri adituro locus pervius esset, et arietes aliaeque machinae expugnandis urbibus accommodatae non difficulter moenibus admoveri possent. Plus vero temporis quam pro multitudine operarum eo in opere triverant. Cum enim lapides maxima ex parte humumque ingessissent, replendae fossae haec non sufficiebant; ligna etenim ad manum non erant, nisi procul inde e silva caesa multo cum labore adferrentur. Romani enim iam antea agros omnes urbi circumiectos, et praeterea omnia viatorum diversoria, et si quae alia in proximo erant domicilia, incenderant, eo

A.C. 555 τοῦτο δὲ ἔδρασαν, ὡς ἂν μὴ τὴν ἐνθένδε ὕλην οἱ πολέμιοι
I. L. 29 πρόχειρον ἔχοντες, εὐκόλως τὰς ἐπιτεχνήσεις τῶν ἔργων ποιοῖντο. ἐκείνης μὲν οὖν τῆς ἡμέρας οὐδέν τι ἀξιαφήγητον ἄλλο
V. 71 ἐπράχθη, ἀλλὰ, νυκτὸς ἐπιφοιτώσης, ὁ Ναχοραγὰν ἅμα τοῖς πλήθεσιν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆκεν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὁ Μαρ-
B τῖνος τά τε τῶν οἰκείων φρονήματα ἐπιῤῥῶσαι βουλόμενος καὶ τοὺς ἐναντίους ἐκπλῆξαι, ἤθροισε μὲν ἐς ταὐτὸ ἅπασαν τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατιὰν, ὡς δή τι τῶν παρόντων πέρι διασκεψόμενος· εἰσφοιτᾷ δὲ ἀθρόον ἐς μέσον, οὕτω πρὸς αὐτοῦ μεμελετημένον, ἀνήρ τις τῶν οὐ λίαν γνωρίμων, κονιορτοῦ τε ἀνάπλεως, καὶ οἷος ἐκ μακρᾶς ὁδοιπορίας εἰκάζεσθαι, ἥκειν τε ἔλεγεν αὐτίκα ἐκ Βυζαντίου, καὶ γράμμα τοῦ βασιλέως ἐπιφέρεσθαι. λαβὼν δὲ τοῦτο ἀσμενέστατα δῆθεν ὁ στρατηγὸς, καὶ ἀνελίξας, οὐκ ἐν ἀποῤῥήτῳ καθ' αὑτὸν ἀνελέγετο, οὐδὲ μόνοις τοῖς ὄμμασιν ἡσυχῇ διϊὼν τῷ νῷ εἰσῆγε τὰ γεγραμμένα, ἀλλ' ἀνεβόα λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ὡς ἂν ἅπαντες ἐπαΐοιεν. καὶ τῷ μὲν βιβλιδίῳ ἐκείνῳ ἴσως ἄλλο τι ἐνεγέ-
C γραπτο. ἦν δὲ ὅμως τὰ βοώμενα τάδε· „ἐστάλκαμέν σοι καὶ ἑτέραν στρατιὰν, οὐ μείονα τῆς προσούσης· καίτοι εἰ καὶ πολλῷ πλείους οἱ δυσμενεῖς τυγχάνοιεν ὄντες, ἀλλ' οὐκ ἐς τοσοῦτον ὑμᾶς ὑπερβαλοῦνται τῷ πλήθει, ὁπόσον ὑμεῖς τῇ ἀνδρίᾳ, ὥστε συμβήσεται τήν τε ὀλιγότητα καὶ τὴν ἀμετρίαν τῶν ἴσων μὴ ἀφεστηκέναι. ὡς ἂν δὲ μηδὲ ταύτῃ ἐκεῖνοι μεγα-

9. πρός γ' αὐτοῦ vulg. 10. μεμελετησμένον R. 15. τῷ νῷ om. R. 19. προσηκούσης R. 23. ἐκ. μεγ. ταύτ. R.

erat dux nationis, et auxilium ab eo poscendum, aequitate petitionis ei demonstrata. Rogarunt itaque et demonstrarunt. Ille vero, veluti regem quendam se revera esse sibi persuadens, et perinde ac si ipsi licitum esset pro suo arbitratu vivere, ne adesse quidem nobis, nedum adversus propugnaculi illius expugnationem copias suas coniungere voluit. Sed neque excusationes quidem ullas, etiamsi parum idoneas ac decoras, speciosum tamen aliquem recusationis suae praetextum habentes, comminiscebatur; sed potius graviter fastuosiusque quam mercenarium subditum decebat postulata reiiciebat. Adhaec in suo adversus praefectos odio persistens, hostiliter in ipsos erat contumeliosus; fortitudinem id esse regesque decere, censens. Dicebat enim aperte, eos in iis, quae iam accurate tractata erant, impudenter se gessisse. Eratne tum diutius cunctandum, aut maiores probationes exspectandae, aut Imperatoriae litterae ostendendae, quibus mandabatur ut Byzantium iret, cum ne ad brevissimum quidem iter intra nostram regionem se accingere vellet? Et quo pacto fieri poterat, si illum usque adeo nobis infensum Byzantium mittere aggressi fuissemus, quin infinitas turbas multasque caedes intestinas concitassemus, quin etiam aper-

A. C. 555 τῶν Περσῶν εἰσφοιτήσεις ἀθρόους γενέσθαι, ἀπειθοῦντος μὲν
I. I. 29 ἀναίδην τοῦ δυσμενοῦς καὶ διαμαχομένου, τοῦ δὲ παντὸς ἔ-
θνους καὶ μάλα τὴν στάσιν προσιεμένου, τῷ πρὸς τὴν κίνησιν
τῶν καθεστώτων βαρβαρικώτερον ὁρμῆς πεφυκέναι, καὶ πρός
D γε πλησίον ἔχειν τοὺς ἀνθεξομένους; τοιγάρτοι τὸν ἀρχηγὸν
ἡμεῖς τῆς ἐπιβουλῆς ἀνελόντες, τοσούτων συμφορῶν ἑσμὸν
παρόντα ἤδη καὶ ὠδινόμενον οὕτω πως εὐκολώτατα κατεπαύ-
σαμεν, ὡς νῦν ἀπιστεῖσθαι περιφανῶς εἴπερ ὅλως τι καὶ ἤμελ-
λεν ἔσεσθαι.

ι. „Μὴ τοίνυν, ὦ δικαστὰ, τὴν ἐπιστολὴν προφερόντων,
μηδὲ κακιζόντων ἡμᾶς ὡς δὴ τοῖς ἐν αὐτῇ γεγραμμένοις οὐδα-
μῶς ἠκολουθηκότας. τῷ γὰρ οὐ λίαν εὔδηλον, ὡς τὸ γεγρά-
φθαι, χρῆναι πρὸς τὴν βασιλέως αὐτὸν πόλιν ἰέναι, ἀπόπειρα
μὲν ὂν ὑπῆρχε καὶ βάσανος, εἴπερ αὐθαιρέτως εἴκοι τοῖς
P. 119 προσταττομένοις, ὥστε δικαίως ἁρμόσασθαι; γνωσθὲν τοίνυν
V. 84 ῥᾳδίως ἡμῖν τὸ ἀνήκουστον τῆς γνώμης καὶ ἁμιλλώμενον, δι'
ὃ τὸ ἔλαττον ἀπεσείσατο, πῶς ἐπὶ τὸ μεῖζον ἔδει προτρέπειν,
καὶ μὴ θᾶττον εἰς ἐκεῖνο τὸ πέρας ἐλθεῖν, εἰς ὅπερ, πολλῶν
ἐν μέσῳ συμβεβηκότων δεινῶν, πρὸς ἀνάγκης καὶ ὡς περιή-

2. ἀναίδην R. et Intpr. *ut hostis impudentissimus*, ἀνέδην vulg. 3. προϊεμένου R. 4. ὁρμῆς R., ὁρμᾷν vulg. 5. ἔχειν R., ἕξειν vulg. ἀνθεξομένους R., ἀνεξομένους vulg. 6. ὑμεῖς R. 8. ἀπιστῆσαι R. 12. Pro τῷ R. τὸ. εὔδηλον R., ἔνδηλον vulg. 13. αὐτὸν add. ex R. 15. Inde a verbo προσταττομένοις Cod. R. a librario alienigena et graeci sermonis paene ignaro scriptus est, qui siglas exempli sui non intelligebat: cuius hominis lapsus infinitos non omnes notavi. 18. Pro μὴ R. hic et saepe deinde μηδὲ. 19. περιήχθωμεν R.

tae defectioni et Persarum irruptioni ansam praebuissemus, cum universa haec natio mirum in modum sit contumax et rebellis et seditionis valde studiosa, quod videlicet barbaricum in morem ad immutandum statum rerum naturaliter sit propensa; cum praecipue in propinquo essent habituri, qui ipsos tuendos susciperent? Nos itaque, principe seditionis interfecto, tantarum calamitatum examen iam praesens atque suppullulans hoc tandem modo facillime compressimus, adeo ut nunc non credatur aperte, an in universum aliquid etiam futurum fuerit.

10. „Desinant ergo nunc, o iudex, epistolam proferre, neque nos damnent, quod earum mandatum secuti non simus. Cui enim non fuerit manifestum, id quod litteris illis perscribebatur, oportere illum Byzantium ire, tentandi tantum explorandique caussa factum fuisse, an sua sponte aequis mandatis esset obtemperaturus, iisque se iure accommodaturus? Cum itaque nobis ipsius animi pervicacia et protervia facile esset cognita, cum id quod minus erat detrectaret, quo pacto ad id quod maius erat eum incitare oportebat, et non potius statim ad extrema remedia venire, ad quae multis urgentibus malis necessario pervenissemus? Qui enim opportu-

χθῆμεν ἄν; οὐ γὰρ ἔνεστι τοὺς τὴν ἀκμὴν τοῦ καθήκοντος A. C. 555 καιροῦ περιορῶντας καὶ μὴ τοῖς πρακτέοις ἁρμοζομένους, ἐν I. I. 29 ὑστέρῳ τὸ παρειμένον ἀνακαλεῖσθαι. ἐλείπετο δὴ οὖν, ὡς ἔοικε, καθά φασιν οἱ κατήγοροι, δίκην τινὰ κινεῖν πρὸς Γουβάζην, καὶ ληρώδεις ἀγῶνας ἐγείρειν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀσφαλείας ἀνθαιρεῖσθαι μᾶλλον τὴν ἐπὶ τοῖς λόγοις κομψείαν. ἀλλ' οὐ συνεχώρουν, ὦ κακοδαίμονες, οἱ Πέρσαι παρόντες B καὶ τοῖς ἔργοις ἐγκείμενοι, καὶ τῆς Κολχικῆς χώρας ἁπάσης ταῖς τούτου βουλαῖς ἐπιλαμβάνεσθαι παρεσκευασμένοι. ἐπεὶ δὲ πανταχόθεν ὁ Γουβάζης ἀποδέδεικται πολέμιός τε καὶ προδότης, καὶ πρὸς τυραννικὰς ἐλπίδας ἠρμένος, τί διαφέρειν οἴονται σφίσιν οἱ Κόλχοι, εἴτε παρ' ἡμῶν εἴτε παρ' ἑτέρων ἀνῄρηται; οὐ γὰρ στρατηγοῖς μόνοις ἢ τοῖς ἄλλως δυνατωτάτοις ὁ τῆς εὐνοίας ἐθέλει σκοπὸς ἐμφύεσθαι καὶ προσιζάνειν· ἀλλὰ παντὶ τῷ βουλομένῳ βατὸν δήπου καὶ προσῆκον τῆς ἐν ᾗ τέτακται πολιτείας ὑπεραλγεῖν, καὶ τὸ κοινῇ συνοῖσον ἐς δύναμιν κατορθοῦν. οὐκοῦν εἰ καὶ βδελυροὶ κατ' αὐτοὺς καὶ κατάπτυστοι καθεστήκαμεν, ἀλλὰ πιστότατοι βασιλεῖ καὶ φι- C λορώμαιοι, καὶ οἷοι τοῖς ἐπιβουλεύειν πειρωμένοις μὴ ἐφιέναι. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ πλέον εἰπεῖν, ἴσθι σαφῶς, ὦ δικαστά, καλὸν μὲν ὡς ἀληθῶς καὶ δίκαιον τὸ παρ' ἡμῶν ἐν δέοντι τολμηθὲν, οὐκ ἄνευ δὲ τῆς τοῦ Μαρτίνου γνώμης γεγενημένον."

5. ἀγεῖραι R. 6. ἀνταιρεῖσθαι R. 1. m. et Lugd., ἀντερεῖσθαι R. 2. m. 8. καὶ τῆς Κ. — παρεσκευασμένοι om. R. et Intpr. 16. κοινοῖς R. 18. φιλοῤῥώμαιοι vulg. 22. τοῦ om. R.

nae occasionis momentum neglexerit, neque statim rei gerendae facultatem arripuerit, frustra deinde praeterlapsam occasionem revocabit. Reliquum igitur erat fortassis, ut accusatores aiunt, litem quandam movere Gubazi, et nugatoriam in iudicio contentionem excitare, rerumque securitati verborum ampullas praeferre. At non permittebant hoc, o miseri, Persae iam praesentes, reque ipsa imminentes, et ad universam Colchorum regionem huius consilio atque ope invadendam parati. Cum vero omnino demonstratus sit Gubazes hostis pariter et proditor, animoque ad tyrannicas spes elato, quid interesse putant Colchi, sive a nobis sive ab aliis sit interfectus? Neque enim ducibus tantum aut alioquin iis, qui maxima potentia valent, bona mens innasci atque adhaerescere solet, sed cuivis omnino volenti liberum conveniensque est, pro re publica, in qua locum aliquem obtinet, laborare, et ad commune bonum praestandum omnibus viribus adniti. Quocirca tametsi execrabiles illorum iudicio et detestandi censeamur, fidelissimi tamen Imperatori sumus et Romanorum studiosi, et insidias struere tentantibus infesti. Si quid vero etiam amplius dicendum est, ita tibi plane persuade, o iudex, rectum aequissimumque nos facinus peropportune ausos fuisse, neque id absque Martini voluntate patratum."

A. C. 555 ιά. Εἰρημένων δὲ καὶ τούτων ὁ Ἀθανάσιος τὸ μὲν πα- I. I. 29 ραυτίκα οὐχ ἧσσον τοὺς Ῥουστίκου ἀπεδέχετο λόγους. συστάσης δὲ καὶ δὶς ἀγωνίας, ἐπειδὴ ἅπαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς γνωματεύων καὶ ἀνερευνώμενος, οὐδέν τι αὐτῷ ἐναργὲς προδοσίας D ἢ τυραννίδος ἐγχείρημα ἡμαρτῆσθαι ὑπὸ τοῦ Γουβάζου ἐδέδεικτο, ἄδικος δὲ μᾶλλον καὶ παρανομώτατος ὁ φόνος γεγενημένος, ὡς καὶ τῆς ἐπὶ τὴν Ὀνόγουριν συστρατείας οὐ μηδισμοῦ χάριν ἀπαγορευθείσης, ἀλλὰ τῷ ἄχθεσθαί γε αὐτὸν κατὰ τῶν στρατηγῶν, ἀνθ' ὧν αὐτῆς καὶ ἀπεστέρηντο ῥᾳστώνῃ πολλῇ καὶ ἐκμελείᾳ κεχαυνωμένοι· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα ἐγίγνωσκε, τότε δὴ τὸ μὲν ἐπὶ Μαρτίνῳ λεχθὲν, ὡς ἄρα καὶ ἐκείνῳ μετῆν τῶν ἐς τοῦτο βεβουλευμένων, ἀνοίσειν βασιλεῖ διενοεῖτο. τοῖς γε μὴν τὸ ἀπεκτονέναι περιφανῶς ὡμολογηκόσι κρίσιν ἐπῆγεν ἀνάγραπτον, ἐν ᾗ διέταττε θᾶττον αὐτοὺς δια- P. 120 φθαρῆναι, ὑπὸ τὴν δικαστικὴν μάχαιραν γιγνομένους, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀφαιρουμένους. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς ὀρεῦσιν ἡμενοι, καὶ ἀνὰ τὰς λεωφόρους περιενεχθέντες, μέγιστον θέαμα τοῖς Κόλχοις εἶναι ἐδόκουν, καὶ πλείστης ἄξιον εὐλαβείας. ἐτεθήπεσάν τε καὶ ἐπὶ τῷ κήρυκι τορόν τι μάλα βοῶντι καὶ διαπρύσιον, καὶ παρεγγυῶντι δεδιέναι τοὺς νόμους, καὶ φόνων ἀδίκων ἀπέχεσθαι. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς καὶ ἀπετέτμηντο οἱ αὐχέ-

1. εἰρ. δὲ κ. τούτ. R., τούτων οὕτως εἰρημένων vulg. 2. ἀπεδέχετο R., προσίετο vulg. et Intpr. *admisit.* 5. Pro ἐγχείρημα R. ἐπεχειρῆσθαι. 6. παρανομώτατον R. 8. ἀπαγορευθεῖσε R. constanti fere vitio. 9. Pro ἀνθ' ὧν R. ἀνθώνους. 17. θεᾶσθαι R. 19. ἐτεθήπεσε R. qui passim pro αν finali ε ponit. 21. ἀπέχεσθαι. Intpr. addit ἕκαστον: *ut vel singuli abstinerent.*

11. His ita peroratis, Athanasius initio quidem nihilo minus Rustici dictis aurem accommodabat; consultatione vero disceptationeque bis ea de re habita, cum ipse omnia accuratius expendisset atque investigasset, visum ei est nullam a Gubaze proditionem aut tyrannidem apertam tentatam fuisse, ac proinde caedem inique nefarieque perpetratam: adeo ut quod copias suas ad oppugnandam Onogurin cum eis coniungere recusaverit, non ipsius ad Medos defectio in causa fuerit, sed quod praefectis exercitus infensior esset, quod illorum vecordia et negligentia propugnaculum illud esset amissum. Quibus rebus omnibus a iudice cognitis, de Martino quod dictum fuerat, etiam ipsum conscium fuisse participemque horum consiliorum, ad Imperatorem referendum censuit. De hisce vero, utpote aperte caedem ab se perpetratam fassis, ex scripto sententiam tulit, qua mandavit, ut quamprimum interficerentur, et gladio iudiciali submissi capite truncarentur. Atque hi quidem mulis insidentes, et per publicas vias circumvecti maximo Colchis spectaculo terrorique futuri videbantur. Percellebantur enim voce praeconis altum horrendumque in modum proclamantis, et mo-

νες, τότε δὴ ἅπαντες ἐς οἶκτον ἐτράποντο, ἀποβεβληκότες τὸ A. C. 555 χαλεπαῖνον. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐλέλυτο μὲν ὁ ἀγών· οἱ δὲ Κόλ- I. I. 29 χοι αὖθις διετέλουν εὖνοι ὄντες ἐς τὰ μάλιστα Ῥωμαίοις, καὶ τὸν πρότερον ἀνανεούμενοι τρόπον.

ιβ΄. Τούτων γεγενημένων, τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων στρα- B τόπεδα διεχείμαζεν ἀνὰ τὰ πολίσματά τε καὶ φρούρια, ὥσπη ἑκάστῳ διετέτακτο. ἐν τούτῳ δὲ ἄνδρες τῶν παρὰ Μισιμιανοῖς δυνατωτάτων ἐς Ἰβηρίαν παρὰ τὸν Ναχοραγὰν ἀφικόμενοι, ἅπαντά οἱ διήγγειλαν τὰ ἐπὶ Σωτηρίχῳ πρὸς αὐτῶν τετολμημένα· τὴν μὲν ἀληθεστάτην αἰτίαν ἠρέμα ὑποκρυπτόμενοι, λέγοντες δὲ, ὡς ἐπειδὴ ἐκπλείστου τὰ Περσῶν ἐτύγχανον ᾑρημένοι, προπηλακίζεσθαι σφᾶς ὑπό τε Κόλχων αὐτῶν καὶ Ῥωμαίων, καὶ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις τετάχθαι, πέρας δὲ Σωτήριχον αὐτοῖς ἐπιστῆναι, λόγῳ μὲν ὡς δὴ χρυσίον τοῖς ξυμμάχοις διανεμοῦντα, ἔργῳ δὲ τὰ ἐπὶ λύμῃ τε καὶ καθαι- C ρέσει τοῦ παντὸς γένους διαπραξάμενον. „Παρὸν τοίνυν ἡμῖν" ἔφασαν οἱ πρέσβεις „ἢ ἄρδην ἀπολωλέναι, ἢ προτερήσασι δό- V. 85 ξαν μέν τινα ἴσως παρ' ἐνίοις ἀπενέγκασθαι προπετείας, καὶ ὡς τοιοίδε κακίζεσθαι, βιοτεύειν δὲ ὅμως ἔτι κατ' ἐξουσίαν, καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ᾗ ἂν συνοίσειν δοκοίη διατιθέναι, εἰλό-

6. *πολιτευόμενα κ. φ.* R. 7. *ἐν τούτῳ.* Haec usque ad verba *ἔθνος ἐλπίδων* p. 233. ed. Bonn. v. 2. relata sunt inter Excerpta de legationibus. *Μυσιανοῖς* Exc. et Intpr. 9. *οἱ* om. Exc. *τὰ* om. R. 12. *σφᾶς* om. R. 14. *αὐτοῖς* R. Exc. et Intpr. *sibi*, *αὐτὸν* vulg. 16. *διαπραξάθεον* R. 18. *τῆς* addit R. ante *προπετείας*.

nentis leges vereri, et nefariis caedibus abstinere. Postquam vero hi capitibus fuerunt truncati, ad commiserationem versi omnem animorum offensionem deposuerunt: atque ita conventus iudiciarius solutus; Colchi vero in sua erga Romanos fide ac benevolentia acerrime perstiterunt.

12. His ita peractis, Romanorum copiae per urbes et castella divisae hibernarunt, prout cuique mandatum erat. Interea viri quidam praecipuae inter Misimianos potentiae in Iberiam ad Nachoraganem cum pervenissent, omnia ei nuntiarunt, quae in Soterichum perpetrassent; verissimam quidem causam silentio occultantes, dicentes vero, quod, cum a multo tempore Persarum partes essent secuti, ignominia afficerentur et ab ipsis Colchis et a Romanis, atque inter vilissimos censerentur: tandem vero Soterichum ipsum supervenisse, verbis quidem prae se ferentem, quod pecuniam sociis distribuere vellet, re autem ipsa, quae ad perniciem eversionemque totius gentis pertinebant, molientem. „Cum itaque oporteret nos (dicebant oratores) vel funditus perire, vel praeveniendo Romanos calidi fortassis ac praecipitis facti opinionem apud nonnullos incurrere, eoque nomine male audire, vetus tamen nostrum vivendi ius retinere, et de rebus nostris, prout consultissimum visum

A. C. 555 μεθα τὰ ἀμείνονα καὶ τοῦ ἀνθρωπείου μᾶλλον ἐχόμενα τρό-
L. I. 29 που, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ κατηγορημάτων ὀλίγα φροντίσαν-
τες, περὶ πλείστου δὲ ποιησάμενοι τὴν σωτηρίαν. Σωτήριχόν
τε γὰρ ἀπεκτείναμεν καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ ἐς τοῦτο ἐληλυθότας,
ὡς ἂν ἐκείνους μὲν τισαίμεθα τῆς ἀδικίας, πίστιν δὲ εὐνοίας
D βεβαιοτάτην ἐνθένδε τοῖς Πέρσαις παρασχόμενοι, εὐκλεέστε-
ρον προσχωρήσαιμεν. ἐπεὶ δὲ τούτων τε ἁπάντων καὶ μάλιστα
τοῦ μηδισμοῦ ἕνεκα οὐκ ἀνήσουσι χαλεπαίνοντες οἱ Ῥωμαῖοι,
ἀλλὰ τάχιστα ἡμῖν ἐπιπεσοῦνται, καὶ ἅπαντας, τό γε ἐς αὐ-
τοὺς ἧκον, διαφθεροῦσι, προσήκει δή σοι, ὦ στρατηγὲ, δέ-
χεσθαί τε ἡμᾶς εὐμενῶς καὶ ἐπαμύνειν, τῆς τε χώρας πέρι
ὡς οἰκείας τολοιπὸν καὶ κατηκόου τὰ προσήκοντα διανοεῖσθαι·
καὶ μὴ περιϊδεῖν οἰχήσεσθαι κινδυνεῦον γένος οὐ σμικρὸν, οὐδὲ
ἄσημον, ἀλλὰ καὶ πλείστην ὅσην ὠφέλειαν τῇ Περσῶν ἐπι-
κρατείᾳ προσφέρεσθαι ἱκανώτατον. πολέμων τε γὰρ ἡμᾶς
ἴδριας ὄντας ἀμωσγέπως εὑρήσοιτε ἂν, καὶ καρτερώτατα ξυν-
P. 121 αγωνιζομένους, ἥ τε χώρα, ἐν ὑπερτέρῳ τῶν Κόλχων κειμένη,
γενήσεται ὑμῖν ὁρμητήριον ἀσφαλὲς, καὶ οἷον ἐπιτείχισμα κατὰ
τῶν πολεμίων". ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Ναχοραγὰν, προσίετό τε
αὐτοὺς ἀσμενέστατα, καὶ ἐπῄνει τῆς μεταστάσεως, καὶ θαῤ-
ῥοῦντας ἰέναι ἐκέλευσεν, ὡς τῆς Περσικῆς ἐπικουρίας ἐν δέοντι
τευξομένους. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθόντες,

2. κακηγορημάτων sph. Par. 7. μάλιστα om. R. 9. ἐς om. R. 10. δὲ R. 15. πολέμοντες R. 19. τε om. Exc. 20. τούτους R.

fuerit, statuere: potiora et humanis moribus convenientiora elegimus, de conviciis et criminationibus parum solliciti, praecipuam vero salutis curam gerentes. Nam et Soterichum interfecimus, quique cum eo ad hoc venerant, ut illorum quidem iniuriam vindicaremus, firmissimo vero hoc ipso facto benevolentiae studiique erga Persas argumento edito, gloriosius desciscamus. Cum vero ob haec omnia ac praecipue ob defectionem ad Persas nequaquam desituri sint Romani id moleste ferre, sed quam citissime nos sint invasuri, et universos, quantum fieri ab ipsis poterit, deleturi: tui officii est, o Praefecte, nos benigne excipere ac propugnare, et pro regionis, ut propriae deinceps et subditae, salute excubare, neque negligere de interitu periclitantem gentem non parvam neque obscuram, sed quae maximam utilitatem Persarum imperio adferre possit. Nam et rei bellicae peritos nos facile comperietis et fortissime societate vobiscum inita procliantes; eritque vobis locus ipse in ulteriore Colchorum regione situs tuta belli sedes, irruptionibus faciendis peridonea, ac veluti propugnaculum adversus hostes." Haec cum audisset Nachoragan, libentissime eos excepit, et defectionis consilium laudavit, alacresque abire iussit, ut Persica auxilia

καὶ ἕκαστα διαγγείλαντες, μεγίστων ἀνέπλησαν τὸ ἔθνος ἐλπίδων. A. C. 555 I. I. 29

ιγ'. Τοῦ δὲ ἦρος ἀρχομένου, αὐτίκα οἱ τῶν Ῥωμαίων A. C. 556 *στρατηγοὶ ἐς ταὐτό που ξυνελθόντες, ἔγνωσαν κατὰ Μισι-* I. I. 30 *μιανῶν ἐπιστρατεύειν. ἀλλὰ Βούζης μὲν καὶ Ἰουστῖνος ἀνὰ τὴν Νῆσον μένειν ἐτετάχατο, φρουρήσοντες τὰ ἐνθάδε, καὶ ἁπάντων ἐπιμελησόμενοι. ἐστέλλοντο δὲ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἄνδρες* B *ἐς τετρακισχιλίους, πεζοὶ ἅμα καὶ ἱππόται· ἐν τοῖς ἄλλοι τε ἦσαν τῶν γνωριμωτάτων ἄγαν, καὶ Μαξέντιός τε καὶ Θεόδωρος, ὁ τῆς Τζαννικῆς δυνάμεως πρωτοστάτης, ὥς μοι πολλάκις ἐῤῥήθη, ἄμφω πολεμικὼ καὶ ταξιάρχω. καὶ οἱ μὲν εἴχοντο τῆς ἐξόδου· ἤμελλε δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐς μακρὰν καὶ ὁ Μαρτῖνος ἐπιστήσεσθαι ὡς ἡγησόμενος. ὡς ἂν δὲ μηδὲ πρὸς βραχὺ γοῦν ἀστρατήγητοι εἶεν, ἄρχειν τῶν ὅλων ἐλαχέτην, ἕως ἔτι διὰ τῆς ὑπηκόου πορεύοιντο, Βαράζης τε ἀνὴρ Ἀρμένιος καὶ Κόλχος Φαρσάντης, οὔτε πόνων ἀρετῇ οὔτε τῇ ἄλλῃ ἀξιώσει ἁπάντων τῶν ξυστρατευομένων προήκοντες, μᾶλλον μὲν οὖν ἐνίων καὶ* C *ἐλασσούμενοι. ὁ μὲν γὰρ ἐν λοχαγοῖς ἐτέλει ὁ Βαράζης, ἅτερος δὲ τῶν μὲν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων τοῦ Λαζῶν βασιλέως ἡγεῖτο· (μάγιστρος ὄνομα τῇ ἀρχῇ· νενόμισται γὰρ τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς ταύτῃ βαρβάροις·) οὐ μὴν ἐς τοσοῦτον αὐτῷ φρονή-*

1. *ἐνέπλησαν* R. 6. *φρουρήσαντες* R. 8. *tria millia* Intpr. 13. Pro *δὲ* R. *καί*. 14. *ἕως* R., *ὡς* vulg. 15. Pro *τε* R. *δέ*. 17. *στρατευομένων* R. 18. *ἕτερος* R. 21. *αὐτῷ φρ. τε* R., *φρον. τ. αὐτῷ* vulg.

opportune habituros. Oratores itaque ad suos reversi, cum singula renuntiassent, maxima spe gentem repleruat.

13. Ineunte autem vere, statim Romanorum praefecti in unum coacti exercitum in Misimianos mittendum statuerunt. Ac Buzes quidem et Iustinus apud Insulam manere sunt iussi, praesidio locis illis futuri, omniaque diligenter curaturi; missa vero sunt ad bellum peditum simul et equitum millia quatuor, inter quos et alii erant maximi nominis viri, et Maxentius ac Theodorus Zannicarum copiarum dux, ut iam saepe dixi; bellicosi ambo et ordinum duces. Atque hi quidem expeditionem aggressi sunt. Videbatur autem non multo post etiam Martinus ipsis adiungendus, ut ductor futurus. Ne vero vel ad breve aliquod tempus duce destituerentur, imperium totius exercitus, quamdiu per subditorum regionem iter facerent, ad Barazem Armenium et Pharsantem Colchum est delatum, qui neque bellica virtute neque alia dignitate omnibus sociis praestabant, immo vero nonnullis erant inferiores. Nam Barazes inter turmarios censebatur, alter vero in aula agmina regis Colchorum ductabat; (Magister dignitati est nomen; usitatum enim hoc est eius loci barbaris,) atqui non tantum aut prudentiae aut confidentiae huic inerat, ut audacter etiam Romano exercitui imperaret,

A. C. 556 ματός τε μετῆν καὶ παῤῥησίας, ὡς καὶ στρατεύματι Ῥωμαϊκῷ
l. I. 30 θαῤῥαλεώτερον ἐγκελεύεσθαι. οὗτος δὴ οὖν ὁ στρατὸς, θέρους
ἤδη ἐπιγιγνομένου, ἐς τὴν τῶν Ἀψιλίων ἵκοντο χώραν. βουλομένοις τε αὐτοῖς ἀνὰ τὰ πρόσω ἰέναι, κώλυμα γέγονεν ὅμιλος Περσικὸς, αὐτοῦ που ξυνειλεγμένος. συναισθόμενοι γὰρ τῆς τῶν Ῥωμαίων παρασκευῆς, καὶ ὅτι ἐπὶ τοὺς Μισιμιανοὺς
D ἐχώρουν, ἄραντες ἔκ τε Ἰβηρίας καὶ τῶν ἀμφὶ Μουχείρισιν πολισμάτων, ᾔεσαν καὶ οἵ ἐπ' ἐκείνους, προκαταληψόμενοί τε τὴν χώραν, καὶ ἐς δύναμιν ἐπαρήξοντες. τῷ τοι ἄρα οἱ Ῥωμαῖοι ἀνὰ τὰ φρούρια τῶν Ἀψιλίων ἀποδιατρίβοντες, παρακρούεσθαι τὸ παρὸν καὶ διαμέλλειν ἐπειρῶντο, ἕως ἡ τοῦ θέρους ὥρα ἐξήκοι. Πέρσαις τε γὰρ ἅμα καὶ Μισιμιανοῖς ἀντιτάττεσθαι ἀνόνητόν τι αὐτοῖς ἐδόκει καὶ σφαλερώτατον. οὕτω δὴ οὖν ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἠρέμει, καὶ οὐδὲ ὁπότεροι ἐς τὸ περαιτέρω φοιτᾷν διανίσταντο, ἀλλ' ἐπετήρουν ἀλλήλους καὶ ἀνέμενον, εἴ γέ τις πρότερος ὁρμηθείη. παρῆσαν δὲ τοῖς Πέρσαις καὶ Οὖννοι Σάβειροι ἐπὶ μισθοφορᾷ
P. 122 προσβοηθήσοντες. τοῦτο γὰρ τὸ γένος μέγιστόν τέ ἐστι καὶ πολυάνθρωπον, φιλοπόλεμόν τε ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἁρπαλέον,
V. 86 καὶ οἷον δὴ οὖν ἀεὶ τῶν ὀθνείων ἐφίεσθαι· μισθοῦ τε ἕνεκα μόνου καὶ τῆς ἐπὶ τῇ λείᾳ ἐλπίδος νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις, νῦν δὲ ἄλλῳ τῳ ξυμμαχεῖν καὶ ξυνδιακινδυνεύειν ἐς

2. ἐκκαλεῦεσθαι (sic) R. 8. ἐκεῖνα R. 9. ταύτοι R. 12. τε om. R. 14. στρατεύματα R. et Intpr. *exercitus*, στρατόπεδα vulg. 17. μισθοφοροῖς R. 18. τέ γέ ἐστ. R. 20. τῶν ὀθνείων Par., τὴν ὀθνείαν R. Lugd. et ed. pr. 22. συμμαχεῖν vulg.

Hic itaque exercitus aestate iam vigente in Apsiliorum regionem venerat; volentibusque ipsis ulterius progredi, impedimento fuit Persicum agmen eodem loci collectum. Cognito enim Romanorum apparatu, quodque in Misimianos moverant, motis ex Iberia et castellis, quae circa Muchirisidem sunt, castris, iverunt etiam hi in illos, praeoccupaturi regionem, et pro viribus subsidio futuri. Quocirca Romani circa Apsiliorum castella commorantes, protrahere cunctando rem tentabant, donec messis tempus esset praeterlapsum. Persis enim simul et Misimianis instructa acie obviam ire inconsultum, immo periculosissimum iudicabant. Sic itaque uterque exercitus conquievit, neque alteruter ad ulterius procedendum pedem movit, sed observabant sese mutuo atque exspectabant, si quis prior moveret. Aderant vero Persis etiam Hunnorum Sabirorum mercenaria auxilia. Est enim haec natio et maxima et populosissima, simulque et bellorum et rapinae sitientissima, quaeque perpetuo foris externo in solo degere amat, semperque aliena appetere, solius mercedis causa et praedae spe modo quidem his, modo illis, nunc alteri alicui sese in belli et periculorum societatem coniungendo,

τἀναντία μεταβαλλόμενον. πολλάκις μὲν γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις, A. C. 556
πολλάκις δὲ τοῖς Πέρσαις κατ' ἀλλήλων παραταττομένοις ξυν- I. I. 30
ήραντο τοὺς ἀγῶνας, ἐν ὀλίγῳ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐφ' ἑκατέ-
ρους τραπέντες καὶ μισθαρνήσαντες. καὶ οὖν ἡ προτέρα μαχὴ
κατὰ Περσῶν αὐτοῖς ἐπολεμήθη, ὅτε πολλοὺς τῶν Διλιμνιτῶν
ἐπελθόντας σφίσι κατέκτειναν ἐν τῇ νυκτομαχίᾳ, ὥς μοι ἕκα- B
στα προδεδιήγηται. ἐκείνου δὲ τοῦ ἔργου πέρας λαβόντος, ἀ-
φίεντο μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων τὰ συγκείμενα κομισάμενοι, πάλιν
δὲ τοῖς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν πολεμιωτάτοις ξυνείποντο, τυχὸν
μὲν οἱ αὐτοί, τυχὸν δὲ ἕτεροι, Σάβειροι δὲ ὅμως ὄντες καὶ ἐκ
τοῦ σφετέρου ἔθνους ἐς τὴν ξυμμαχίαν ἀπεσταλμένοι.

ιδ'. Τούτων δὴ οὖν τῶν Σαβείρων ἄνδρες ἐς πεντακοσίους
ἐν ὑπαίθρῳ τινὶ περιαυλίσματι πόῤῥω που τῶν ἄλλων στρα-
τευμάτων ἐτύγχανον ἐσκηνημένοι. ὃ δὴ Μαξεντίῳ τε καὶ Θεο-
δώρῳ σαφέστατα ἐγνωσμένον, καὶ ὅτι ἄνοπλον οὕτω πως καὶ
ἀνειμένην τινὰ δίαιταν ἄγοντες διατελοῦσιν, ἤλαυνον εὐθὺς
ἐπ' αὐτοὺς τριακοσίους ἐπαγόμενοι ἱππότας. περιστάντες δὲ
κύκλῳ τὸ ἕρκος, (ἦν γὰρ οὐ λίαν ἐς ὕψος ἀνέχον, ἀλλ' ἐς ὅσον C
ἱππότου ἀνδρὸς ἔκτοσθεν ἐφεστηκότος τὸ πρόσωπον ὑπερφαίνε-
σθαι,) τούτῳ δὴ οὖν πελάσαντες, ἔβαλλον πάντοθεν τοὺς βαρ-
βάρους ἀκοντίοις τε καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασι, καὶ παντὶ τῷ
προστυχόντι. οἱ δὲ οὖν πλείους εἶναι τοὺς ἐπελθόντας ἢ κατὰ

2. παραταττόμενοι R. 6. Pro κατέκτειναν R. κατ' ἐκείνοις. 16. ἐπ' αὐτοὺς εὐθὺς R. 19. ἔκτοθεν R. 22. οὖν οὐ πλείους R. et Lugd, sed mg. οὖν πλ.

in contraria subinde mutatur. Frequenter enim cum Romanis, frequenter vero cum Persis, inter sese bellum gerentibus, proelium inierunt, et exiguo temporis spatio interposito modo his, modo illis mercenariam suam operam locarunt. Nam priore bello adversus Persas pugnarunt, cum multos Dilimnitarum in se irruentes nocturno proelio trucidarunt, quemadmodum supra narravi. Quo statim bello confecto, dimissi quidem sunt a Romanis, mercede, de qua inter ipsos convenerat, accepta; postea autem eos, qui antea ipsis fuerant acerrimi hostes, sunt secuti, sive hi ipsi, sive alii, Sabiri tamen et ex sua gente ad sociale cum Persis bellum missi.

14. Ex his itaque Sabiris viri quingenti in stabulo quodam subdivo longiuscule a reliquo exercitu dissito consederant; quod quidem cum Maxentius et Theodorus plane cognovissent, quodque ibi positis armis negligenter viverent, confestim in eos trecentos equites duxerunt. Muro itaque in orbem circumsesso, (neque enim ille valde erat altus, sed ita tantum, ut equitis extra stantis facies prospici posset,) huic, inquam, muro appropinquantes, omni ex parte barbaros iaculis, saxis, sagittis et quovis alio telorum genere feriebant. Tum hi plures esse hostes, quam revera erant, suspicati simulque inopi-

A. C. 556 τὸ ἀτρεκὲς ὑποτοπήσαντες, ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀδοκήτῳ καταπε-
I. I. 30 πληγμένοι, ἀμύνεσθαι μὲν ἥκιστα διενοοῦντο, φεύγειν δὲ αὐτοῖς οὐ μάλα ἐξῆν τῷ θριγκῷ περιεχομένοις. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἅπαντες χύδην αὐτοῦ διεφθάρησαν, μόνοι δὲ τεσσαράκοντα ἄνδρες παραλόγως διαλαθόντες, καὶ ἐπὶ τοὺς τοίχους ἀναῤῥιχώμενοι, εἶτα ἐπὶ θάτερα διεκπεσόντες, ὑπὸ τὸ λάσιον τῆς
D ἐχομένης ἐκρύπτοντο ὕλης. πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτους οἱ Ῥωμαῖοι ἀνιχνεύειν ἐπειρῶντο. τούτων δὲ τοῖς Πέρσαις ἀπηγγελμένων, αὐτίκα οἵγε ἴλας ἱππέων στέλλουσιν ἐπ' αὐτοὺς ἐς δισμυρίους ἄνδρας συντεταγμένους. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, εἴξαντες τῷ πλήθει καὶ ὥσπερ ἀρκούμενοι τῷ γεγενημένῳ, ἀπεχώρουν δρομαῖοι, καὶ αὖθις ἐς τὸ πρότερον φρούριον ἐσδραμόντες, ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθίσταντο, τῷ μὲν πραχθέντι μεγαλαυχοῦντες, ἀνιώμενοι δὲ μόνον ἐπὶ Μαξεντίῳ· ἐτύγχανεν γὰρ τῶν ἀνὰ τὴν ὕλην διαδύντων βαρβάρων ὑπό του βιαιότατα τετρωμένος, ὡς καὶ φοράδην ἀχθεὶς ἐπὶ κλίνης κρεῖττον ἁπάσης ἐλπίδος ἀποσωθῆναι.
P. 123 ἐπειδὴ γὰρ ἐβέβλητο, αὐτίκα οἱ ὀπαδοὶ ἀράμενοι αὐτὸν ᾤχοντο μετὰ τάχους, πρὶν ἅπαντας ἐπελθεῖν τοὺς πολεμίους. ὡς δὲ ἧκον καὶ ἐπεφέροντο, τότε δὴ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι ἐφ' ἑτέραν τινὰ φεύγοντες πορείαν, καὶ κατὰ σφῶν τοὺς διώκοντας ἐπισπώμενοι, χώραν παρέσχον ἐκείνῳ ἐν τῷ ἐρύματι σχολαίτερον ἀποκομισθῆναι.

ιε'. Ἐν τούτῳ δὲ Ἰουστῖνος ὁ Γερμανοῦ ἕνα τῶν ἀμφ' αὐτὸν ταξιάρχων ἄνδρα Οὖννον τὸ γένος, Ἐλμινζοὺρ ὄνομα,

12. εἰσδρ. vulg. 15. δύντων R. 16. σωθῆναι R.

nato rei perculsi, nec de tuendo se admodum cogitabant, neque effugio locus patebat, quod muro essent circumvallati. Ibi ergo alii omnes passim caesi sunt, soli vero XL. viri cum mirifice manibus pedibusque in summum murum conscendissent, in diversam partem delapsi, in proximae silvae densitate delituerunt; quos tamen Romani investigare non destiterunt. Haec simulatque Persis fuerunt nuntiata, confestim illi turmas equitum in eos mittunt, duo virorum millia acie bene instructa. Romani vero, cedentes multitudini et veluti contenti praeterito facinore, cursim sese receperunt et in propugnaculum, unde venerant, refugientes in tuto se continuerunt; praeclaro quidem facto gloriabundi, Maxentii tantum vicem dolentes. Erat enim is a quodam barbarorum, qui in silvam se abdiderant, gravissime vulneratus, adeo ut lectica elatus praeter omnem spem servatus fuerit. Statim enim atque ictus fuerat, confestim asseclae, eo sublato, quam citissime se inde abripuerunt, priusquam universi hostes irruerent. Cum vero venirent impetumque facerent, tum Romani ad aliam quandam viam fugientes, et in se eos, qui insequebantur, attrahentes, locum illi dabant, ut aegre tandem in propugnaculum deferretur.

15. Interea Iustinus Germani filius unum e suis ducibus, Hunnum natione, Elminzur nomine, ex Insula Rhodopolim mittit cum duobus

ἔστειλεν ἐκ τῆς Νήσου ἐς τὴν Ῥοδόπολιν ἅμα δισχιλίοις ἱπ- A.C. 556
πόταις. ἥδε δὲ ἡ Ῥοδόπολίς ἐστι μὲν πόλισμα Κολχικὸν, ὑπὸ I. I.30
Περσῶν δὲ ὅμως ἐν τῷ τότε κατείχετο, ἑλόντος αὐτὴν πολλῷ
ἔμπροσθεν χρόνῳ τοῦ Μερμερόου, καὶ φρουρὰν Περσικὴν
ἐγκαταστήσαντος. ταῦτα δὲ ὁποῖόν τινα κατείργαστο τρόπον, B
οὔ μοι εἰρήσεται, ὡς δὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι σαφῶς ἀναγε-
γραμμένα. ἐνταῦθα δὴ οὖν τῷ Ἐλμινζοὺρ ἀφιγμένῳ αἰσία
τις ξυνελάβετο τύχη. ἐτύγχανον γὰρ οἵ τε τῶν Περσῶν φρού-
ροὶ, οὕτω ξυνενεχθὲν, ἐκτός που τοῦ ἄστεος διατρίβοντες,
καὶ τὸ πλῆθος τῶν οἰκητόρων ἄλλος ἄλλοθι διεσκεδασμένοι.
τοιγάρτοι ἀκονιτὶ παρελθὼν εἴσω, καὶ τὴν πόλιν παραστησά-
μενος, ὁ δὲ καὶ τὴν περιοικίδα κατέδραμεν· καὶ ὅσην μὲν Περ-
σικὴν εὗρεν ἀπόμοιραν, τούτους δὴ πανωλεθρίᾳ διέφθειρε,
τὸ δὲ ἰθαγενὲς ἅπαν καὶ ἐπιχώριον, ἐπειδὴ αὐτοὺς διέγνω
τῷ ὀθνείῳ δέει μᾶλλον ἢ τῇ σφῶν ἀπιστίᾳ μηδίσαντας, ἐνοι- C
κεῖν αὖθις τῇ οἰκείᾳ ἐφῆκε πατρίδι, ὁμήρους τε λαβὼν ἐς τὸ V. 87
πιστότερον, καὶ ἕκαστα ἐν δέοντι κρατυνάμενος. οὕτω τε αὖ-
θις ἡ Ῥοδόπολις ἐς τὰ πρότερα ἐπανῆκτο, στέργουσά τε τὰ
πάτρια νόμιμα, καὶ βασιλεῖ τῷ Ῥωμαίων ὑποκλινομένη. τού-
του μὲν οὖν τοῦ θέρους οὐδέν τι ἄλλο ἐπράχθη ὁποῖον καὶ
ἐς λόγον φέρεσθαι μνήμην. τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπιλαβομένου, οἱ
μὲν Πέρσαι εὐθὺς μετανίσταντο, καὶ ἐπανῄεσαν ἔς τε τὸ Κο-

7. ἀφιγουμένῳ R. 10. πλῆθος R. et Intpr. *multitudo*, πλεῖστον vulg. κεκεδασμένοι R. 15. ὀθνείων coni. B. Vulc. male. 18. πρότερα R., πρότερον vulg. 20. καὶ ins. ex R. 22. Κοταίσιον vulg.

equitum millibus. Est autem haec Rhodopolis oppidum Colchicum, a Persis tamen tunc temporis tenebatur, a Mermeroe multo ante captum, qui etiam Persicum praesidium in eo collocarat. Haec vero quo pacto gesta fuerint, praeteribo, ut a Procopio rhetore aperte conscripta. Posteaquam igitur Elminzur eo pervenit, prospera quaedam iuvit fortuna. Persarum enim praesidium forte per id tempus alibi extra oppidum versabatur, maximaque oppidanorum pars alius alio concesserat. Nullo itaque negotio ingressus, oppido in suam potestatem redacto, circumiacentem etiam agrum pergrassatus est, et quicquid e Persicis copiis obvium habuit, ad unum omnes trucidavit; quotquot vero erant indigenae ac cives, cum eos sciret externo metu magis quam propria perfidia Persarum partes secutos, ut patriam rursus suam incolerent, permisit; obsidibusque maioris securitatis causa acceptis, omnia, prout par erat, constabilivit. Atque ita Rhodopolis ad priorem statum est reducta, et patria instituta amplectens et Romanorum Imperatori subdita. Hac igitur aestate nihil aliud gestum est memoratu dignum. Bruma vero invalescente, Persae quidem statim solutis castris Cotaïsim et Iberiam versus sese receperunt, animo

A. C. 556 I. 1. 30 τάϊσιν καὶ τὴν Ἰβηρίαν, ὡς δὴ ἐνταῦθα διαχειμάζειν βουλόμενοι, χαίρειν πολλὰ εἰπόντες τῇ πρὸς Μισιμιανοὺς ἐπικουρίᾳ· οὐ γὰρ ἔννομον αὐτοῖς οὐδὲ πάτριον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιD ροῦ ἐς ἐκδήμους στρατείας διαπονεῖσθαι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν ἐφεδρευόντων ἀπαλλαγέντες, καὶ δὴ τῆς προτέρας εἴχοντο αὖθις πορείας. γενομένοις δὲ αὐτοῖς ἀμφὶ τὸ φρούριον τὸ Τιβέλεος, οὕτω καλούμενον, ὃ δὴ τήν τε τῶν Μισιμιανῶν χώραν καὶ Ἀψιλίων διορίζει καὶ ἀποτέμνεται, ἐφίσταται ὁ Μαρτῖνος, ἐφ' ᾧ ἐς τὰ λοιπὰ ἡγεῖσθαι καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα διατάττειν. ἀλλὰ νόσος τις αὐτῷ ἐνσκήψασα μοχθηρὰ παρείλετο καὶ ἀνέκοψε τὴν προθυμίαν. καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ ἐμεμενήκει, ὡς ὀλίγῳ ὕστερον ἐπὶ τὴν Κολχίδα γῆν ἐπανήξων καὶ τὰ ἐκείνῃ πολίσματα. οἱ δὲ καὶ ὣς ἀνὰ τὰ πρόσω ἐχώρουν, ὑπὸ τοῖς προτέροις πάλιν ἀγόμενοι ἡγεμόσιν. πρῶτα μὲν οὖν ᾠήθησαν χρῆναι ἀποπειρᾶσθαι τῶν Μισιμιανῶν, εἴ που ἄρα P. 124 ἐθελούσιοι ἐς τὸ σῶφρον μεταβάλοιεν, καὶ τοὺς οἰκείους ἄρχοντας ἐπιγνόντες, μεταμελήσοι αὐτοῖς τότε γοῦν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ σφᾶς τε αὐτοὺς τοῖς Ῥωμαίοις ἐγχειρίσαιεν, καὶ τὰ χρήματα ὁπόσα τὸν Σωτήριχον ἀφείλοντο, ἀλλὰ καὶ ταῦτά γε ἀποδοῖεν. καὶ τοίνυν ἐκ τοῦ Ἀψιλίων γένους λογίμους ἄνδρας, ὡς οἷόν τε ἦν, ἀπολεξάμενοι, στέλλουσιν ἐς ταῦτα πρεσβευσομένους. οἱ δὲ Μισιμιανοὶ τοσούτῳ ἐδέησαν τῆς

1. Pro ὡς δὴ R. ἐπειδή. 6. Intpr. *Tibelium.* 13. ἐκείνης R. καὶ om. Par. 18. Pro τοῖς R. τότε. ἐγχειρίσαιεν R. et Lugd. 2. m., ἐγχειρήσαιεν vulg. 22. πρεσβευσομένους R. (Cl.), πρεσβευσαμένους vulg. τοσοῦτον R.

ibi hibernandi, auxilio Misimianis ferendo longum dicentes vale. Neque enim patriis ipsorum institutis ac moribus est receptum, per hiemem foris longinquas laboriosasque expeditiones suscipere. Romani vero ab insidentibus itinera Persis iam liberi, priorem suam in Misimianos expeditionem sunt prosecuti. Cum vero ad praesidium Tibeleum ita dictum venissent, quod quidem Misimianorum regionem ab Apsiliis disterminat, advenit Martinus, ut reliquas copias ductaret, et universum exercitum ordinaret. Sed gravis quidam morbus superveniens consilium ipsius turbavit atque interrupit. Atque ipse quidem ibi mansit, tanquam paulo post in Colchicam regionem eiusque castella rediturus; exercitus vero nihilominus ulterius progressus est, sub prioribus iterum ducibus ductus. Primum quidem igitur tentandos esse Misimianorum animos censuerunt, an forte libentes ad saniora consilia converterentur, agnitisque suis principibus, poenitudine tandem suorum delictorum ducerentur, et se ipsos Romanis dederent pecuniamque omnem, quam Soterico eripuerant, restituerent. Delectos itaque ex Apsiliorum gente spectabiles viros oratores eo mittunt. Misimiani vero tantum aberant, ut crudelitatem remitterent aut novis officiis praeteriti facti ab-

ὠμότητος ὑφελεῖν καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὸ τοῦ φθάσαντος A. C. 556
ἄτοπον μετακοσμῆσαι, ὥστε ἀμέλει οἱ ἀθέμιστοι καὶ ἐναγεῖς I. I. 30
καὶ κακοδαίμονες καὶ ἅπαν ἄλλο ἄξιοι ἀκούειν ὅ, τι ἂν τις αὐ- B
τοὺς νεμεσῶν ἀποκαλέσοι, παρωσάμενοι καὶ ἐμπατήσαντες τὰ
κοινὰ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμιμα, τοὺς πρέσβεις ἀθρόον
ἀπέκτειναν, καὶ ταῦτα Ἀψιλίους γε ὄντας ὁμοδιαίτους καὶ
ἀγχιτέρμονας, καὶ ὧν μὲν ἐπεκάλουν ἐκεῖνοι Ῥωμαίοις τε καὶ
Σωτηρίχῳ οὐπώποτε μετειληχότας, παραίνεσιν δὲ φιλίαν ἐς
τὸ συνοῖσον ἄγουσαν οὐ ξὺν χαλεπότητι ἀπαγγείλαντας.

ιϛ'. Οὕτως ἄρα ἐκ παρανοίας τὸ πρότερον καὶ ἀνοσίων
ἔργων ἀρξάμενοι, τῶν αὐτῶν εἴχοντο διαπαντὸς ἐγχειρημάτων,
ἢ καὶ πολλῷ ἀνοσιωτέρων. καὶ γὰρ ἐγνωσμένον αὐτοῖς ὡς οἱ
Πέρσαι ἀπιόντες ᾤχοντο, καὶ κατὰ τὸ ξυγκείμενον οὐκ ἐπα-
μύνουσιν, ἀλλὰ, τῇ τῶν τόπων δυσχωρίᾳ πεποιθότες, καὶ τῷ
οὔποτε δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίους παραμείψασθαί τε αὐτὴν C
καὶ ὑπερβαλέσθαι, οἱ δὲ τὰ δεινότερα ἔδρασαν. ἔστι γάρ τι
ὄρος προβεβλημένον τῆς χώρας, αἰπὺ μὲν οὐ λίαν, οὐδὲ ἐπι-
μέγα ἠρμένον, ἄναντες δὲ σφόδρα καὶ ὄρθιον, καὶ πέτραις
ἀποτόμοις ἑκατέρωθεν πεπυκνωμένον· βραχεῖα δὲ ὁδὸς ἐν μέ-
σῳ καὶ ἀτριβὴς ὑποφαίνεται, καὶ ὁποία μηδὲ ἑνὶ ἀνδρὶ ἀδεέ-
στερον πορευομένῳ βατὴ εἶναι ῥαδίως καὶ εὐεπίδρομος, ὡς εἴγε

2. ἀθέμιστοι R., ἀθέμιτοι vulg. 5. ἁπάντων om. R. 6. γε ante Ἀψιλίους ponit R. 7. ἐπεκάλουν R. (Cl.), ἀπεκάλουν vulg. 9. ἀπαγγείλαντας Lugd. 2. m. (Cl.), ἀπαγγείλαντες R. et vulg. 10. ἐκ παροινίας coni. Vulc. 15. οὔποτε R. (Cl.), οὐπώποτε vulg. 16. γάρ τι R., καί τι Lugd., γὰρ καί τι edd. 21. βατὴ εἶναι ῥ. R., ῥᾳδ. εἶν. β. vulg.

surditatem emendarent, quin potius nefarii et piaculares fanaticique homines et quodvis aliud convitium, quod indignatio cuipiam suggerat, audire digni, reiecto proculcatoque communi omnium hominum iure, oratores confestim trucidarunt, cum tamen Apsilii essent, eiusdem cum ipsis instituti et contermini, quique eorum, de quibus illi Romanos pariter et Soterichum insimulabant, neutiquam conscii participesve fuissent, amicam tantum admonitionem quaeque in rem ipsorum futura esset, citra ullam acerbitatem denuntiantes.

16. Ita utique a vesania initio impiisque factis orsi, iisdem perpetuo facinoribus insistebant, immo vero multo etiam sceleratioribus. Cum enim scirent Persas abiisse, neque, ut convenerat, auxilio venturos, locorum tamen difficultate freti, et quod sperarent Romanos nunquam eam transituros et superaturos, atrociora perpetrarunt. Est enim mons quidam regioni obiectus, non quidem admodum altus, neque valde in sublime tendens, acclivis tamen vehementer atque arduus et praeruptis petris utrobique densus. In medio angusta quaedam parumque trita via se ostendit, quaeque ne uni quidem viro intrepide eunti facilis accessu sit et pervia, adeo ut si quis ver-

A. C. 556 τις ἐπιστὰς τῇ ἀκρωνυχίᾳ διακωλύοι τοὺς ἐπιόντας, μήποτε
I. I. 30 διαβήσεσθαι πολεμίους, μηδὲ εἰ πλῆθος εἴεν ἀνάριθμον, μηδὲ
εἰ κοῦφοι ἅπαντες καὶ εὐσταλεῖς, ὁποίους φασὶ τοὺς Ἰσαύ-
ρους. τούτῳ δὴ οὖν τῷ χώρῳ πίσυνοι, ἐς ἀπόνοιαν ἐτράπον-
D το βιαιοτάτην. ἀλλ' οἱ Ῥωμαῖοι, τοῦ μιάσματος ἀπηγγελμέ-
νου, ἐν ὀργῇ ἐποιήσαντο τὸ γεγενημένον. καὶ δὴ τῶν βαρβά-
ρων μελλόντων, καὶ οὔπω φρουρὰς τῷ λόφῳ καταστησάντων,
προτερήσαντες κρατοῦσι τῆς ἄκρας ῥαχίας, καὶ οὐδενὸς εἴρ-
γοντος ὑπερβάντες, ἐς τὰ ἱππάσιμα τῆς χώρας ἅπαντες καὶ
ἀναπεπταμένα παρῆλθον πεδία. οἱ δὲ Μισιμιανοὶ ἐπειδὴ τῆσ-
δε διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, αὐτίκα τὰ πλεῖστά γε καὶ περιττὰ
τῶν σφετέρων φρουρίων ἐμπρήσαντες, ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν ἅπα-
σιν ἀρκέσαι, ἐς ἕν τι μόνον, ὅπερ ὀχυρώτατον αὐτοῖς ἐδόκει,
V. 88 ἅπαντες ξυνελέγοντο. τοῦτο δὲ Τζάχαρ μὲν ἐκ παλαιοῦ ὀνο-
μάζεται, Σιδηροῦν δὲ αὐτὸ διὰ τὸ στεῤῥόν τε καὶ ἀνάλωτον
ἐπίκλην ἀποκαλοῦσιν. ὀλίγοις δέ τισι τῶν Ῥωμαίων καὶ οὐ
P. 125 πλέον ἢ τεσσαράκοντα ἱππεῦσι ξυνηθροισμένοις, (ἦσαν δὲ οὐ
τῶν πολλῶν, ἀλλ' ἔξοχοι ἐς τὰ μάλιστα, καὶ τάγμασιν ἐφε-
στηκότες,) τούτοις δὴ οὖν ἀποκριδὸν τοῦ ἄλλου ὁμίλου πορευ-
ομένοις, ἐπιφοιτῶσιν ἄνδρες τῶν Μισιμιανῶν ἐς ἑξακοσίους,
πεζοὶ ἅμα καὶ ἱππόται, οἰόμενοι ἅπαντας τῷ πλήθει ξυλλα-
βόντες ῥᾳδίως διαχειριεῖσθαι. οἱ δὲ τῇ τῶν πολέμων ἐμ-

1. ἀκρονυχίᾳ R. 3. ὁποία R., qui error saepe recurrit. 4. χωρίῳ R. 7. φρουρὰς R. et Intpr. *praesidia*, φρουρὰν vulg. 11. τὰ add. R., γε om. idem.

tici montis insistens accedentes aditu prohibeat, hostes nunquam eum transire queant, ne si infinita quidem sit multitudo, neque si leves atque expediti omnes sint, quales esse Isauros ferunt. Hoc itaque loco freti, ad summam vesaniam sunt conversi. At Romani, execrabili Misimianorum facto ipsis nuntiato, ingentem ex eo indignationem conceperunt. Cunctantibus interea barbaris, cum nondum praesidia monti imposuissent, antevertentes eos Romani summa iuga occupant, nemineque obsistente ea superantes, omnes statim in planiores equisque pervios campos effunduntur. Misimiani vero ea spe frustrati confestim plurimis et supervacaneis ipsorum propugnaculis incensis, quod nimirum omnibus tuendis pares non essent, in unum quoddam solum, quod munitissimum ipsis videbatur, omnes se receperunt. Zachar id ab antiquo nominatur; Ferreum autem id ipsum, quod firmissimum sit atque inexpugnabile, cognominant. Paucis vero quibusdam Romanis, et non pluribus quam quadraginta equitibus simul congregatis (erant autem non e multis, sed eximii in primis et agminum duces) hos, inquam, separatim a reliquo exercitu procedentes, invadunt Misimiani viri sexcenti pedites pariter atque equites, rati se omnes multitudine circumventos facile caesuros. Hi vero

πειρίᾳ ἐς γεώλοφόν τι ἀναδραμόντες, ἀρετῆς ἐπεδείκνυντο A. C. 556
ἔργα. καὶ ἦν ἐπιπολὺ ἡ μάχη καρτερὰ καὶ ἀμφίβολος, τῶν I. I. 30
μὲν κύκλωσίν τινα ποιήσασθαι πειρωμένων, τῶν δὲ Ῥωμαίων νῦν μὲν ἀθρόον ἐπεισπηδώντων, ὡς καὶ διασπᾶν καὶ ἀναταράττειν ἅπασαν τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων, νῦν δὲ αὖθις ἀνα- B
θεόντων καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ γιγνομένων. ἐν τούτῳ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἄνωθεν ἐξ ὑπερτέρου τινὸς ὄρους ἐπιφανείσης, ἐνέδραν εἶναι καὶ δόλον οἱ βάρβαροι τὸ χρῆμα ὑποτοπήσαντες, εὐθὺς ἔφευγον προτροπάδην. ἀλλ' ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατός, (ἐτύγχανον γὰρ ἤδη ἅπαντες ἀλλήλοις ἀναμεμιγμένοι,) ἐνέκειντο μάλα διώκοντες, ἕως τοὺς πλείστους πολεμίους ἀπέκτειναν, ὡς μόνους ἐκ τοσούτων ὀγδοήκοντα ἄνδρας ἐς τὸ Σιδηροῦν ἐκεῖνο φρούριον ἀποσωθῆναι. εἰ μὲν οὖν αὐτίκα ὅπως εἶχον ὁρμῆς οἱ Ῥωμαῖοι ἐπῆλθον τῷ ἐρύματι, καταπεπληγμένων τῶν βαρβάρων τοῖς ξυνενεχθεῖσιν, πάντως ἄν, οἶμαι, αὐτοβοεί γε ἅπαντας εἷλον, καὶ αὐθημερὸν ὁ πόλεμος ἐτελεύτα. C
νῦν δὲ τῷ μὴ παρεῖναι αὐτοῖς στρατηγὸν τῶν ὀνομαστοτάτων, δυνάμει τε καὶ φρονήματι προὔχοντα, ἴσους δὲ σχεδόν τι ἅπαντας καθεστάναι, ὡς καὶ ἀντεγκαλεῖν ἀλλήλοις τυχὸν καὶ ἀντιπαρακελεύεσθαι, καὶ ὁποῖα ἄττα τις φήσειεν τοιάδε καὶ ἐπαΐειν, ἀτελῆ καὶ οὐ λίαν ἀξιέπαινα ὑπῆρχε τὰ ἐγχειρήματα. ἐς γὰρ διάφορόν τινα γνώμην μεμερισμένοι, καὶ τοὺς μὲν

11. πολεμίους add. ex R. et Intpr. 13. ἀποσωθῆναι R., περισωθῆναι vulg. 17. νῦν δὲ — καθεστ. om. R. 20. ὁποῖα R., ὁποῖ' vulg.

rei bellicae peritia in collem quendam cursu delati, fortiter strenueque rem gerebant, fuitque dudum acris inter eos dubiaque pugna; illis quidem in orbem Romanos cingere conantibus, Romanis autem modo confertim in eos prosilientibus, adeo ut universam hostium aciem convellerent ac perturbarent, modo retrocedentibus et in tutum sese recipientibus. Interea dum reliquae Romanorum copiae eminus ex editiore quodam monte se ostendunt, barbari insidias et dolum rem esse suspicantes, concitatissime statim fugerunt. At Romanorum exercitus (iam enim universi inter se permixti erant) hostium tergis acriter insistebant, donec quamplurimos eorum interfecerunt, adeo ut ex tanto numero soli octoginta viri in Ferreum illud propugnaculum salvi redierint. Quod quidem propugnaculum si eodem impetu invasissent Romani, perculsis hac recenti clade barbaris, non dubitarim, quin primo insultu universi capi potuissent, eoque ipso die bellum finem habuisset. Nunc vero quod celebriore aliquo praefecto essent destituti, quique potestate prudentiaque excelleret, sed omnes propemodum inter se essent pares, et mutua consilia improbando contrariaque mandando certarent, et qualia quisque dixisset, talia audiret, imperfectae eorum actiones neque admodum dignae laude fuerunt. Cum enim in diversas es-

A. C. 556 τοῦτο, τοὺς δὲ ἄλλο τι ἀρέσκον, ἐπράσσετο μὲν οὐδὲ ὁπό-
I. L. 30 τερον τῶν βεβουλευμένων· ἕκαστος δὲ χαλεπαίνων, ὅτι μὴ τὸ οἰκεῖον ἐνίκα, ἐκμελῶς πως καὶ ἀταλαιπώρως προσήει τοῖς ἔργοις, καὶ μᾶλλον ἥδετο τοῖς ἀποτεύγμασιν, ὡς ἂν ἔχοι μεγαλαυχεῖν ὕστερον καὶ παῤῥησιάζεσθαι πρὸς τοὺς πέλας, καὶ
D τοῦ ἐνδεοῦς αἰτίαν οὐκ ἄλλο τι ἀποφαίνεσθαι, ἢ τὸ μὴ τά οἱ δόξαντα διαπραχθῆναι.

ιζ΄. Ἐν τούτοις δὴ οὖν ὄντες, πόῤῥω που τῶν πολεμίων ἢ ὡς ἐν πολιορκίᾳ ἐστρατοπεδεύσαντο· καὶ πρός γε οὐδὲ ἀμφὶ τὸ περίορθρον γοῦν ἰόντες τὰς προσβολὰς ἐν δέοντι ἐποιοῦντο, ἀλλὰ ὄκνῳ εἴκοντες καὶ ῥᾳθυμίᾳ, ὁδοῦ πάρεργα ἡγοῦντο τὰ σπουδαῖα καὶ ἐπικαιρότατα, κατόπιν μὲν τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἐπιφοιτῶντες τοῖς ἐναντίοις, πρωϊαίτερον δὲ ἐπανερχόμενοι. ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Μαρτῖνος ἐκπέμπει ὡς
P. 126 τάχιστα ἐπ' αὐτοὺς ἄρξοντά τε ἁπάντων καὶ ἡγησόμενον, ἄνδρα Καππαδόκην μὲν τὸ γένος, ἀξιώματι δὲ στρατηγικῷ ἐκ πλείστου τετιμημένον, ᾧ δὴ ὄνομα ἦν Ἰωάννης, Δακνᾶν δὲ αὐτὸν προσεπωνόμαζον. ἔσταλτο δὲ ἐς Κόλχους οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν ἐκ βασιλέως, τὸ Ῥουστίκου ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τὰ ποιούμενα ἐς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς ἀριστεύοντας βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖ-

1. οὐδὲ R., οὐδ' vulg. 2. βεβουλημένων R. 4. ἔχῃ R. 11. ἀλλὰ καὶ R. 14. αὐτὰ R. 17. τετιμημένων sph. Par. ᾧ δὴ οὖν R. 20. ἐπαγγέλλειν R. 21. τοῖς ante βασ. vulg.

sent sententias secti, atque alii quidem hanc, alii aliam quandam probarent, nihil eorum, quae consulebantur, peragebatur; sed unusquisque, aegre ferens suam sententiam non valuisse, negligentius segniusque ad rem gerendam accedebat, et sinistris eventibus magis gaudebat, ut in posterum gloriari liberiusque se ipsum apud suos iactare, nullamque aliam sinistri eventus causam fuisse demonstrare posset, quam quod privatum suum consilium secuti non essent.

17. Hoc in statu cum res essent, remotius nonnihil ab hostibus, quam ut in obsidione, castrametati sunt: praeterea neque sub diluculum euntes quales opus erat insultus faciebant; sed ignavia vecordiaque victi, res serias maximeque opportunas pro accessoriis et supervacaneis censebant; serius quidem quam oportebat in hostes impetum facientes, maturius vero quam expediebat sese recipientes. Haec cum cognovisset Martinus, emittit quam citissime ad ipsos, qui universis imperaturus et dux futurus esset, virum Cappadocem quidem natione, dignitate vero praetoria iam a multo tempore clarum; cui nomen quidem erat Ioannes, vulgare autem cognomen Dacnas. Missus vero erat ad Colchos non multo ante ab Imperatore, Rustici habens mandatum, ut singula, quae gererentur, accurate renuntiaret, et milites, quorum fortitudo eminuisset, regali-

σθαι. οὗτος δὴ οὖν ὁ Ἰωάννης ἐς Μισιμιανοὺς ἀφιγμένος A. C. 556 καὶ ἐπιστὰς τῷ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματι, εὐθὺς ἀμφὶ τὸ I. I. 30 φρούριον ἅπαντας ἵδρυσε καὶ πολιορκεῖν ἐπειρᾶτο, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἔκτοσθεν διαιτωμένοις ἐπιθέσθαι, καὶ τὸ σύμπαν δια- B ταράξαι. τῶν γὰρ οἰκήσεων αἱ πλεῖσται οὐκ ἐν αὐτῷ δήπου τῷ περιβόλῳ ἐτύγχανον οὖσαι, ἀλλ' ἐπὶ σκοπέλῳ τινὶ ἀγχοῦ παρατεταμένῳ, φάραγγες δὲ ἐν αὐτῷ καὶ πέτραι ἀπεῤῥωγυῖαι, ἐπιπλεῖστον διήκουσαι, δυσπρόσοδα λίαν καὶ ἄπορα τοῖς ὀθνείοις καὶ οὐκ εἰθισμένοις τὰ τῇδε ἅπαντα ἐκτελοῦσιν. τό γε μὴν ἐπιχώριον ἐμπειρίᾳ τῶν τόπων ἔκ τινος στενωτάτης ὁδοῦ καὶ ὑπολανθανούσης, μόλις μὲν καὶ αὐτοὶ καὶ πεπονημένως καταφέρονται δὲ ὅμως, εἴπου δεήσοι, καὶ αὖθις ἀνέρπουσιν. ὑπὸ δὲ τὸν πρόποδα ἐν αὐτῷ δὴ τῷ χθαμαλῷ καὶ ἡπλωμένῳ V. 89 πίδακες ποτίμου ὕδατος ἀναβλύζουσιν, ὅθεν ὑδρεύονται οἱ τῷ κολωνῷ ἐνοικοῦντες. τότε δὴ οὖν, (ἐπετήρουν γὰρ οἱ Ῥω- C μαῖοι καὶ ἀπεῖργον τὸ μέρος,) νύκτωρ οἱ βάρβαροι κατιόντες ἠρύοντο. Ἴσαυρος δέ τις ἀνὴρ, Ἰλλοῦς ὄνομα, ἐπὶ τῇδε τῇ φρουρᾷ τεταγμένος, ἐπειδὴ κατεῖδε πλείστους τῶν Μισιμιανῶν πόῤῥω που τῶν νυκτῶν ἐς τοῦτο καταβεβηκότας, ὁ δὲ ὑποκρυπτόμενος ἡσυχῇ ἔμενε καὶ ξυνεχώρει· ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὰς κάλπεις ἐμπλήσαντες ἀπεπορεύοντο, εἵπετο λάθρα ὁ Ἴσαυρος καὶ συνανῄει, ἕως ἐπ' ἄκρου γενόμενος τήν τε τοῦ χω-

1. δ' οὖν R. 4. ἔκτοθεν R. 10. στενωτάτης Cl., στενοτάτης R. et vulg. 17. ἀρύοντο R. *Ilius* Intpr. 21. ἐτορεύορτο R. (ἐπορεύοντο).

bus donis prosequeretur. Hic itaque Ioannes cum ad Misimianos pervenisset, et iam Romanorum exercitui praeesset, confestim omnibus copiis propugnaculo admotis, obsidione illud cingere nitebatur, simulque eos, qui extra degebant, invadere omniaque obturbare. Domus enim plurimae muri ambitu non concludebantur, sed in scopuloso quodam loco prope exporrecto, in quo praecipitia et abruptae petrae, in longum tendentes, difficilia accessu transituque exteris et insuetis omnia efficiebant. Incolae vero peritia locorum ex angustissima quadam et tecta via aegre quidem etiam ipsi et laboriose, descendunt tamen, si quando opus fuerit, rursusque sursum repunt. Ad radicem vero montis in humili et plano solo fontes potabilis aquae scaturiunt, unde incolae aquam petunt. Tum itaque temporis (observabant enim eos Romani, et ex parte prohibebant) barbari noctu descendentes aquam hauriebant. Isaurus autem quidam, Illus nomine, qui ea in parte stationem habebat, conspicatus multos Misimianos, qui multa nocte eum in locum descenderant, ipse tectus tacitusque suo loco mansit et permisit: simulatque vero illi hydriis repletis recesserunt, Isaurus clam eos subsequitur, simulque ascendit, donec in summum venisset, et loci

A. C. 556 ρίου θέσιν, ὡς οἷόν τε ἦν ἐν σκότῳ, ἄριστα ἐπεφράσατο, καὶ ὅτι
I. I. 30 οὐ πλείους ἢ ὀκτὼ ἄνδρες ἐτετάχατο ἐς τὸ κατασκοπεῖν τὴν ἄνοδον καὶ διαφυλάττειν. ταῦτα τοίνυν ἅπαντα καταγνούς,
D αὐτίκα ὑπαναχωρεῖ, καὶ τῷ στρατηγῷ ἕκαστα διαγορεύει. ὁ δὲ ἥσθη τε ἄγαν τῷ ἀγγέλματι, καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἄνδρας ἑκατὸν ἀπολεξάμενος ἀλκίμους τε καὶ θαῤῥαλέους, ἔστειλεν ἐπὶ τὴν ἔφοδον, κατασκοπήσοντάς τε τὸν χῶρον, καὶ ἐπιθησομένους ὅπῃ παρείκοι. εἴρητο δὲ αὐτοῖς, ἐπειδὰν βεβαιότατα ἀναβαῖεν, τότε δὴ σημαίνειν τῇ σάλπιγγι, ὥστε καὶ τοῦ ἄλλου στρατοῦ τῷ τείχει προσβάλλοντος ἑκατέρωθεν τοὺς πολεμίους διακυκηθῆναι.

ιή. Ὁ μὲν οὖν Ἰλλοῦς προπορευόμενος ἡγεῖτο τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν ἀνάβασιν, ὡς ἤδη αὐτῷ τῇ πείρᾳ καὶ διεγνωσμένην. εἵπετο δὲ εὐθὺς Ζίπερ ὁ Μαρκελλίνου δορυφόρος, καὶ μετ' ἐκεῖνον Λεόντιος ὁ Δαβραγέζου, καὶ ἐπ' αὐτῷ Θεόδωρος ὁ τῶν Τζάννων ταξίαρχος· καὶ οὕτως ἑξῆς ἅπαντες οἱ
P. 127 ἄλλοι ἀνήγοντο στοιχηδὸν ἀλλήλοις παρομαρτοῦντες. ἤδη δὲ αὐτῶν ὑπὲρ τὸ μεσαίτατον ἐληλυθότων, ἑώρων μάλα σαφῶς οἱ προτεταγμένοι τήν τε πυρὰν τῶν φρουρῶν ἀναπτομένην, καὶ αὐτοὺς ὡς πλησιαίτατα κατακεκλιμένους· καὶ οἱ μὲν ἑπτὰ περιφανῶς ἐκάθευδον, καὶ ὑπορέγχοντες ἔκειντο. εἷς δέ γε μόνος ἐπ' ἀγκῶνος ἐρηρεισμένος, ὥσπερ ἐγρηγορὼς διετέλει.

7. τὴν χώραν R. 8. ὅπῃ R., ὅποι vulg. 11. διακυγηθῆναι R. 13. ὡς add. ex R. 15. Δαβραγέζου R. h. l. et mox, Δαβραγάζου vulg. 16. οἱ ἄλλοι add. ex R. 20. καὶ αὐτοὺς R. et Lugd. mg., καὶ ὡς αὐτοὺς vulg.

situm, quantum in tenebris fieri poterat, optime contemplatus est, quodque non plures, quam octo viri essent collocati ad observandum tuendumque ascensum. His, inquam, omnibus cognitis, statim descendit, et praefecto singula exponit; qui quidem magnopere eo nuntio est gavisus et nocte proxime sequente delectos centum fortes ac strenuos viros ad aditum illum misit, qui specularentur locum, impetumque, quando res ita ferret, facerent. Mandavit autem iis, ut cum iam certissime conscendissent, tuba signum darent, ut etiam reliquo exercitu in murum irruente, hostes utrimque perturbarentur.

18. Illus itaque praecedens ducebat viros ad aditum iam sibi exploratum. Secutus vero statim est Ziper Marcellini satelles, et ab illo Dabragesus, et post illum Theodorus Zannorum dux, atque ita deinceps omnes seriatim sese mutuo sequebantur. Cum autem iam ad ipsum medium ventum esset, aperte admodum conspicati sunt qui priores erant, excubitorum ignem accensum, et ipsos quam proxime decumbentes; e quibus septem quidem aperte dormiebant, et stertentes iacebant, unus autem solus cubito innixus, vigilanti similis, captus erat tamen etiam ipse somno, capiteque erat

ξυνείχετο γὰρ καὶ ὃς τῷ ὕπνῳ καὶ ἐκαρηβάρει· καὶ οὔπω δῆλος A. C. 556 ἦν ὅποι χωρήσει, ἐπινυστάζων θαμὰ καὶ ἀναπαλλόμενος. I. I. 30 ἐν τούτῳ δὲ Λεόντιος ὁ Δαβραγέζου ὑπὲρ τέλματός τινος ὀλισθήσας καταπίπτει ἀθρόον καὶ ὑποφέρεται, καὶ περιῤῥήγνυσι τὴν ἀσπίδα. πατάγου δὲ ὥσπερ εἰκὸς μεγάλου ἀρθέντος, ἀνέθορον ἅπαντες οἱ φρουροὶ διεπτοημένοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐνῆς B ἥμενοι, τά τε ξίφη ἐσπάσαντο, καὶ κατεσκόπουν ἁπανταχοῦ τοὺς αὐχένας περιδινοῦντες· συμβάλλειν δὲ οὐκ εἶχον, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ γεγενημένον· τῷ τε γὰρ πυρὶ καταυγαζόμενοι, τοὺς ἐν τῷ σκότῳ ἑστῶτας διορᾶν οὐκ ἠδύναντο, καὶ ὁ κτύπος αὐτοῖς καθεύδουσι προσπεσὼν, οὐ μάλα ἐναργὴς ἦν, οὐδὲ ἀποκεκριμένος, οὐδὲ ὁποῖος ὅπλα παραδηλῶσαι κατενεχθέντα· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐς τὸ ἀκριβὲς ἕκαστα κατεθεῶντο. τοιγάρτοι τὸ βάδισμα ἐπισχόντες, ἀτρέμα ἔμενον, ὥσπερ τῇ γῇ ἐνεῤῥιζωμένοι, καὶ οὔτε φωνῆς ἦχος ἐψιθυρίζετο, οὔτε τοὺς πόδας μετρίως γοῦν μετεκίνουν, ἀλλ' οὕτως ὥσπερ εἶχον προσεπε- C πήγεσαν, εἴτε πέτρᾳ ὀξείᾳ τυχὸν, εἴτε θάμνῳ τινὶ ἐτύγχανον ἐπιβεβηκότες. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἐποίουν, καί τις ξυναίσθησις τοῦ δρωμένου τοῖς φύλαξιν ἐγεγόνει, πάντως ἂν πέτραν τινὰ μεγάλην ἐπαφιέντες κατὰ τοῦ πρανοῦς ἐξεκύλιον, ὡς ἅπαντας ἐπιτρίψαι τοὺς ἐπερχομένους. τῷ τοι ἄρα ἐκεῖνοι ἀναυ-

1. καὶ γὰρ ξυνείχετο ὃς R. 2. ὅπῃ R. 6. διεπτόμενοι R. 8. τοὺς R., τὰς vulg. 9. γεγεννημένον R. 16. ὥσπερ R., ὅπως vulg. 18. οὕτω R.

testatem venit, Romanis quidem olim subdita, Ioviano vero ipsorum rege eam tradente ac prodente. Cum enim Iulianus, qui antea Romanorum rex erat, in interioribus Persici imperii locis repente periisset, ipse a praefectis et exercitu reliquaque turba rex declaratur, qui, utpote regno ipsi recenter delato et rebus, uti verisimile est, perturbatis, et quidem in media hostili regione, praesentem rerum statum non satis componere poterat. Quocirca pertaesus vitae in extera hostilique regione, reditusque in sua quam citissime compos fieri cupiens, ignominiosas turpesque cum hoste pactiones init, quasque in hunc etiam diem Romana res publica magno suo malo persentiscit. Novis enim terminis imperium coarctavit, multumque de veteri amplitudine decidit. Iam vero quae per id tempus acciderunt, multi ex veteribus historicis memoriae prodiderunt; mihi vero otium non est iis repetendis immorandi, cui quae coeperam sunt persequenda.

26. Post Saborem itaque Artaxer ipsius frater potitus imperio, cum annos quatuor regnasset, moritur. Filius autem huius, Sabor vero etiam is vocabatur, quinque annis imperium obtinuit; duplo vero temporis spatio et uno insuper anno Vararanes huius fi-

A. C. 556 παῖς, ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰ ὠνομάζετο. τῶν δὲ τοιούτων ἐπι-
L. I. 30 κλήσεων ἡ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται. καὶ γὰρ Κερμὰ ἔθνους τυχὸν ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἐπωνυμία· ταύτης δὲ τῷ πατρὶ τοῦ Οὐα-
C ραράνου δεδουλωμένης, εἰκότως ὁ παῖς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο, καθάπου πρότερον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ μὲν Ἀφρικανὸς τυχὸν, ὁ δὲ Γερμανικὸς, ὁ δὲ ἐξ ἄλλου του γένους νενικημένου ἐπεκλήθη. ἐπὶ τούτοις Ἰσδιγέρδης ὁ Σαβώρου τὴν Περσικὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, ὁ πολὺς παρὰ Ῥωμαίοις
V. 96 καὶ περιλάλητος. φασὶ γὰρ Ἀρκάδιον τὸν βασιλέα πρὸς τῷ θανάτῳ γεγενημένον, καὶ τὰ μετ' αὐτὸν, ὥσπη τοῖς ἀνθρώποις νενόμισται, διατάττοντα, τούτῳ δὴ φύλακι χρήσασθαι, καὶ κηδεμόνι ἐπί τε τῷ παιδὶ Θεοδοσίῳ καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαϊκῇ καταστάσει. ᾄδεται γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἐπιπλεῖστον ἐν ἡμῖν ἐκ παλαιοῦ τῇ μνήμῃ παραδοθεὶς τοῖς ἐφεξῆς, καὶ μέχρι
D νῦν παρά τε τοῖς λογίμοις καὶ τῷ δήμῳ περιαγόμενος· γραφῇ δέ τινι καὶ λόγοις ἱστορικοῖς οὐκ οἶδα εὑρὼν τοῦτο φερόμενον, οὐδὲ παρ' οἷς τυχὸν τὰ τῆς Ἀρκαδίου τελευτῆς ἀπεμνημόνευται, ὅτι μὴ μόνον ἐν τοῖς Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι συγγεγραμμένοις. καὶ οὐδὲν, οἶμαι, θαυμαστὸν, ἐκεῖνον μὲν ὡς πλεῖστα μεμαθηκότα, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν ἀναλεξάμενον, καὶ τήνδε παραλαβεῖν τὴν ἀφήγησιν ἑτέρῳ πρότερον ἐκπεπονημένην, ἐμὲ δὲ αὐτὴν μηδαμῶς ἔτι ἐλεῖν ἐλάχιστα εἰδότα,

1. *Cermasat* Intpr. Verum est *Κερμανσαά*: cf. Mirkhondium apud Sacyum, *Mem. sur les antiquitès de Perse*, p. 320. 2. Debebat esse *Κερμὰν*. *ἔθνος* R. 3. *τοῦ Ἀραράνου* Lugd. et ed. pr., *Οὐραρ.* Par. 10. *ἐπ' αὐτὸν* R., Intpr. *quum — sua disponeret*. 15. *λογίσμοῖς* (sic) R. 17. *ἀπομνημονεύεται* R. 22. Pro *ἐλεῖν* coni. Cl. *εὑρεῖν*.

lius, qui et Cermasaa dictus fuit. Huiusmodi vero appellationum causam supra retuli. Cerma enim gentis forsan alicuius aut regionis est nomen, qua a patre Vararane subacta, filius verisimiliter eam appellationem est consecutus; quemadmodum etiam olim apud Romanos hic quidem Africanus, ille Germanicus, alius vero ex alia gente devicta est dictus. Post hos Isdigerdes Saboris F. Persicum imperium accepit, cuius frequens et celebris est apud Romanos memoria. Aiunt enim Arcadium regem iam moribundum, et humano more de rebus post obitum suis disponentem, hunc custodem et curatorem filii sui Theodosii instituisse totiusque Romani imperii status. Hic enim sermo ab antiquo veluti per manus posteritati traditus, plurimum etiam hodie apud nos invaluit, et apud doctos pariter et vulgus hominum circumfertur; scripto vero aliquo aut historicorum libris id proditum non reperio, ne in iis quidem, qui de Arcadii morte scripserunt, uno tantum Procopio rhetore excepto. Neque sane meo iudicio mirum est, ad multiscii huius viri, quique universam, ut uno verbo dicam, historiam decerpsit, notitiam hanc etiam narrationem ab alio olim conscriptam pervenisse; ad

εἴγε ἄρα δὴ καὶ ἐλάχιστα. ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ μάλα θαύματος A. C. 556
ἄξιον εἶναι ἡγοῦμαι, ὅτι διεξιὼν τὰ περὶ τούτων, οὐχ ἁπλῶς I. I. 30
οὕτω τὰ ἐγνωσμένα διέξεισιν, ἀλλ' ἐπαινεῖ τὸν Ἀρκάδιον καὶ ἀποσεμνύνει, ὡς ἀρίστῃ χρησάμενον εὐβουλίᾳ. φησὶ γὰρ αὐτὸν P. 137
οὐ λίαν ἀγχίνουν εἶναι τὰ ἄλλα πεφυκότα, ἐν τούτῳ δὴ μόνῳ φρενήρη τε καὶ προμηθέστατον ἀποδεδεῖχθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὁ τοῦτο ἀγάμενος οὐ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ τοῦ βουλεύματος τὸ εὔλογον κρίνειν, ἀλλὰ τῷ ὕστερον ἀποβεβηκότι. ἐπεὶ πῶς ἂν εἶχεν καλῶς ἀνδρὶ ὀθνείῳ καὶ βαρβάρῳ, καὶ γένους ἄρχοντι πολεμιωτάτου, καὶ ὅπως αὐτῷ μετῆν πίστεώς τε καὶ δικαιοσύνης ἠγνοημένῳ, καὶ πρός γε τὰ ἐς θεὸν πεπλανημένῳ καὶ ἀλλογνώμονι, τὰ φίλτατα παραδοῦναι; εἰ δὲ μηδὲν ὁτιοῦν ἐπὶ τῷ βρέφει ἡμάρτηται, ἀλλὰ μεμένηκεν ἡ τούτου βασιλεία βεβαιότατα πρὸς τοῦ κηδεμόνος φυλαττομένη, καὶ ταῦτα ἔτι ὑπὸ μαζῷ τιθηνουμένου, ἐκεῖνον ἂν μᾶλλον ἐπαινετέον τῆς εὐγνωμοσύ- B
νης, ἢ Ἀρκάδιον τοῦ ἐγχειρήματος. τούτων μὲν οὖν ἕνεκεν, ὥσπη ἕκαστος γνώμης τε καὶ ἀκριβείας ἔχοι, ὧδε κρινέτω. ὁ δὲ Ἰσδιγέρδης εἴκοσι πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, οὐδένα πώποτε κατὰ Ῥωμαίων ἤρατο πόλεμον, οὐδὲ ἄλλο τι κατ' αὐτῶν ἄχαρι ἔδρασεν· ἀλλὰ μεμένηκεν ἐσαεὶ εὔνους τε ὢν καὶ εἰρηναῖος, εἴτε οὕτω συμβὰν, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς

2. τούτων R. et Lugd., τοῦτον edd. 11. πρός γε τὰ ἐς θεὸν πεπλανημένῳ καὶ om. R., Intpr. non legebat verba τὰ ἐς θεόν. 20. ἀεὶ R.

meam vero nequaquam, qui non nisi exiguam, utinam modo exiguam, harum rerum scientiam habeam. Sed illud, et quidem vehementer, admiratione dignum censeo, quod cum narrationem de Arcadio instituit, non simpliciter ita quae ab eo statuta fuerunt narrat, sed laudat ipsum magnificisque verbis effert, tanquam optimo consilio usum. Ait enim, ipsum aliis in rebus non admodum solere esse industrium, hac vero sola in re et sapientem et prudentissimum declaratum. Mihi vero videtur is, qui hoc admiratur, non ex primo consilii impetu, sed ex eventu de eius rectitudine iudicare. Quo pacto enim prudenter recteque factum dici possit, homini extero et barbaro, et regi gentis infestissimae, neque satis noto, an fidem ac iustitiam coleret, quique praeterea erroneae esset de deo diversaeque opinionis, quae habebat carissima tradere? Si vero nihil omnino in infantem sibi creditum deliquit, sed huius imperium sartum tectum a curatore firmissime est conservatum, et quidem, cum adhuc ille lacteret: illius potius probitas est laudanda, quam Arcadii factum. Hisce igitur de causis, prout quisque mente ac iudicio pollet, ita iudicet. Isdigerdes vero cum unum et viginti annos regnasset, nullum unquam adversus Romanos bellum suscepit, neque ulla eos affecit molestia, sed mansit perpetuo be-

A. C. 556 I. I. 30 φειδοῖ τοῦ παιδὸς, καὶ τῶν κοινῶν τῆς κηδεμονίας νομίμων.

κζ'. Ἐκείνου δὲ τεθνηκότος, Οὐαραράνης ὁ υἱὸς προστὰς τῆς ἀρχῆς, εἰσβολὴν μὲν κατὰ Ῥωμαίων πεποίηται· φιλίως δὲ αὐτὸν καὶ ὑφειμένως τῶν ἐν τοῖς ὁρίοις ἱδρυμένων C στρατηγῶν προσδεξαμένων, ὁ δὲ θᾶττον ἀπηλλάγη, καὶ εἰς τὴν ὑπήκοον ἐπανῆκεν, οὔτε προσπολεμήσας τοῖς πέλας, οὔτε ἄλλως τὴν χώραν σινάμενος. εἴκοσι δὲ κρατήσας ἐνιαυτοὺς, παραδίδωσι τὴν βασιλείαν Ἰσδιγέρδῃ θατέρῳ τῷ οἰκείῳ παιδὶ, ᾧ δὴ χρόνος ἐν τῇ βασιλείᾳ διηνύσθη ἐτῶν ἑπτακαίδεκα, καὶ μηνῶν δήπου τεττάρων. Περόζης δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀναδείκνυται βασιλεὺς, ἀνὴρ τολμητίας μὲν ἄγαν καὶ φιλοπόλεμος, καὶ πρὸς τὸ μεγαλουργὸν τῆς γνώμης ἀεὶ τετραμμένος· λογισμῷ δὲ στεῤῥῷ καὶ βεβηκότι οὐ μάλα ἐχρῆτο· ἀλλὰ πλέον ἦν αὐτῷ τοῦ βουλευομένου τὸ θρασῦνον. ἀπόλωλε δὴ οὖν, D κατὰ τῶν Νεφθαλιτῶν ἐπιστρατεύσας, οὐ τοσοῦτον, οἶμαι, τῇ ῥώμῃ τῶν δυσμενῶν ὁπόσον τῇ οἴκοθεν ἀκοσμίᾳ· δέον γὰρ αὐτὸν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ κατὰ τὴν πολεμίαν πορεύεσθαι, τὰς ἀδήλους ἐπιβουλὰς προδιασκοποῦντα καὶ φυλαττόμενον, ὁ δὲ λέληθεν ἑαυτὸν ἐνέδραις ἀθρόον περιπεσὼν καὶ βόθροις καὶ διώρυξιν, ἐπὶ μήκιστον τοῦ πεδίου πρὸς τὸ ἀπατηλὸν μεμηχανημέναις, αὐτοῦ τε σὺν τῇ στρατιᾷ διεφθάρη τετάρτῳ καὶ εἰκοστῷ τῆς βασιλείας ἐνιαυτῷ, καὶ καταλύει τὸν βίον ἀκλεῶς,

1. Pro κηδεμονίας R. παιδοποιΐας (scil. *adoptionis*), Intpr. *communibusve liberis procreandis et legibus.* 5. ὁρίοις R., ὅροις vulg. 7. προπολεμήσας R. et Lugd., sed hic in mg. ἴσ. προσπολεμήσας. 15. βουλευομένου R. Lugd. mg. et Intpr., βουλομένου vulg. 20. ἀθρόως R.

nevolus et pacificus, sive ita casu acciderit, sive revera etiam respectu pueri, et communium curationis pupillaris legum.

27. Illo vero mortuo, Vararanes filius cum praeesset imperio, expeditionem quidem in Romanos fecit, sed cum illum praefecti, qui in finibus erant, amice placideque suscepissent, ipse statim recessit, et ad sua se recipit, neque bello finitimis, neque praeterea damno ullo agris eorum illato. Cumque annos viginti regnasset, Isdigerdi alteri suo filio regnum tradit; qui cum eo annis septendecim et mensibus circiter quatuor esset potitus: Perozes post illum rex declaratur, vir temerarie audax et bellorum cupidus, et magnificentiam semper prae se ferebat, solidis autem tutisque consiliis non admodum utebatur; sed plus in eo erat audaciae quam consilii. Periit itaque in expeditione adversus Nephtalitas non tam, arbitror, robore hostium quam sua temeritate. Cum enim oporteret ipsum tuto per hostilem regionem procedere, occultas insidias praevidentem et praecaventem, horum cura neglecta confestim in insidias incidit; inque scro-

ἅτε δὴ ὑπὸ τῶν Οὔννων κατεστρατηγημένος· Οὐννικὸν γὰρ A. C. 556 *γένος οἱ Νεφθαλῖται. Βάλας δὲ ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐπὶ τὴν* I. I. 30 *ἀρχὴν ἀναβὰς, οὐδέν τι φαίνεται ἀξιαφήγητον δράσας πολέμων ἕνεκα καὶ παρατάξεων, οὐ μόνον τῷ πρᾶος εἶναι τοὺς τρόπους καὶ ἤπιος, καὶ πρὸς ὁρμὰς ἀλόγους καὶ δυσμε-* P. 138 *νείας οὐ μάλα διανιστάμενος, ἀλλ' ὅτι καὶ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον· τέτταρα γὰρ αὐτῷ μόνον ἔτη κατὰ τὴν βασιλείαν διέδραμεν. ἐπὶ τούτῳ δὲ Καβάδης ὁ Περόζου, τῶν Περ-* V. 97 *σικῶν πραγμάτων κρατήσας, πολλοὺς μὲν κατὰ Ῥωμαίων πολέμους διήνεγκε, πολλὰ δὲ κατὰ βαρβάρων τῶν προσοικούντων ἔστησε τρόπαια, καὶ χρόνον οὐδένα παρῆκε ταραχαῖς τε καὶ κινδύνοις ἐγκαλινδούμενος. ἦν δὲ ἄρα καὶ πρὸς τὸ ὑπήκοον ἀπηνής τε καὶ δυστιθάσσευτος, καὶ οἷος ἀνακινεῖν τὰ κα-* B *θεστῶτα, ἔς τε τὴν πολιτικὴν δίαιταν καινουργεῖν, καὶ παρατρέπειν τὰ πάλαι συνειθισμένα. λέγεται δὲ ὡς καὶ νόμον ἔθετο, κοινὰ τοῖς ἀνδράσι προκεῖσθαι τὰ γύναια, οὐ κατὰ τὸν Σωκράτους, οἶμαι, καὶ Πλάτωνος λόγον, καὶ τὴν ἐν τῷ λόγῳ κεκρυμμένην ὠφέλειαν, ἀλλ' ὥστε τῷ προστυχόντι ἐξεῖναι πρὸς ἣν ἂν ἐθέλοι χωρεῖν καὶ τῆς εὐνῆς μεταλαγχάνειν, εἰ καὶ ἑτέρῳ τῳ συνοικοῦσα καὶ ἀποκεκριμένη ἐτύγχανε.*

2. *Βάλας* Lugd. in mg., in ordine autem *Ὀβάλας*, *Οὐάλας* R., *Valens* Intpr. Incorruptum nomen Persicum est *Palasch*. Hunc Procopius, qui de horum regum successione parum comperta congessit, paulo rectius *Blasin* vocat, sed in eo errat, quod in locum Cabadis suffectum esse tradit. 8. *δὲ Καβ.* R., *δὲ καὶ Κ.* vulg. 15. *πάλαι* om. R.

bes et fossas, quae ad longissimum in campo tractum ad fallendum erant confectae, atque ibi cum exercitu interiit quarto et vigesimo regni sui anno, vitamque finivit inglorius, utpote ab Hunnis debellatus. Hunnica enim gens Nephtalitae. Balas autem huius frater ad regnum evectus, nihil memoratu dignum bellorum aut proeliorum causa gessit; non solum quia placidis esset moribus et mitis, et ad irruptiones violentas faciendas hostilitatesque exercendas non admodum promptus, sed etiam quod ad exiguum tempus supervixerit. Quatuor enim duntaxat anni ei in regno sunt decursi. Post hunc etiam Cavades, Perosi F., Persico imperio potitus, multa quidem adversus Romanos bella gessit, multa etiam a finitimis barbaris trophaea retulit, neque ullum tempus praetermisit, quo non esset turbis periculisque involutus: erat vero etiam in subditos saevus et intractabilis, aptusque ad ea, quae bene constituta erant, turbandum, et ad civile vivendi genus innovandum veteresque consuetudines subvertendas. Dicitur vero etiam hic legem tulisse, qua feminae viris communes prostituerentur, non ex Socratis, arbitror, et Platonis instituto, aut utilitatis in ea reconditae respectu, sed ut cuivis liceret, cum qua liberet rem habere, etiam si alteri alicui nupta esset, eique addicta conviveret.

A. C. 556
L. I. 30

κή. Καὶ τοίνυν θαμὰ τοῦτο ἐννόμως ἐξημαρτάνετο, χαλεπαινόντων περιφανῶς τῶν δυνατῶν, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν ἡγουμένων τὴν ἀτιμίαν. ἀλλ' οὗτος γὰρ αὐτῷ ὁ θεσμὸς ἐπιβουλῆς C τε καὶ καταλύσεως αἰτιώτατος γέγονε. τοιγάρτοι συμφραξάμενοι ἅπαντες καὶ διαναστάντες, καθαιροῦσί γε αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῷ ἑνδεκάτῳ ταύτης ἐνιαυτῷ, καὶ εἰς τὸ τῆς Λήθης ἐμβάλλουσι φρούριον. τὸ δὲ τῆς βασιλείας κράτος μετάγουσιν ἐπὶ Ζαμάσφην, Περόζου καὶ αὐτὸν παῖδα γεγενημένον, καὶ ἄλλως πραότητός τε καὶ δικαιοσύνης ἄριστα ἔχειν δοκοῦντα. οὕτω τε ᾤοντο καλῶς αὐτοῖς ἅπαντα κατειργάσθαι, ὡς ἐξὸν τολοιπὸν ἐν εὐκολίᾳ τε καὶ ῥᾳστώνῃ πολιτεύεσθαι καὶ βιοτεύειν. ἀλλ' ὁ Καβάδης οὐκ ἐς μακρὰν ἀποδράσας, εἴτε τῆς γαμετῆς αὐτῷ συλλαβομένης τοῦ δόλου, ὡς Προκόπιός φησι, καὶ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου θάνατον ὑπελθεῖν ἑλομένης, εἴτε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ χρησάμενος, ἀποδράσας δὲ οὖν ὅμως, καὶ ὑπεκβὰς D τοῦ δεσμωτηρίου, ᾤχετο παρὰ τοὺς Νεφθαλίτας, καὶ γίνεται τοῦ ἐκείνων βασιλέως ἱκέτης. ὁ δὲ τὰς ἀτάκτους τροπὰς τῆς τύχης διανοησάμενος, προσίετό γε αὐτὸν μάλα εὐμενῶς, καὶ διετέλει παρηγορῶν καὶ παραιρούμενος τῆς γνώμης τὸ ἀνιώμενον, τὰ μὲν πρῶτα θωπείᾳ τε ἀγαθῇ καὶ παραινέσει πρὸς τὰ ἀμείνονα τὸ φρονοῦν ἀναῤῥωννύσῃ, καὶ πρός γε τραπέζῃ

3. αὐτ. ὁ θεσμ. R., ὁ. θ. α. vulg. 4. αἰτιώτατος R. et Intpr. *praecipua causa*, αἴτιος vulg. συμφραζάμενοι R., συμφρασάμενοι coni. Cl. 5. γὰρ pro γε R. 8. Recte Ζαμάσφην: est *Djamasp* Persarum, Ζαμβασφῆν R., sed infra Ζαμάσφης, *Zambazes* Intpr. 15. τρόπῳ χρ. R., χρ. τρ. vulg. 17. ῥοπὰς Par. 18. ἑαυτὸν R. 21. πρός τε R.

28. Frequenter itaque hac in parte permittente lege peccabatur, satrapis aperte indignantibus, neque tolerandum esse dedecus censentibus. Sed ea lex ipsi et insidiarum et submotionis ab imperio causa fuit. Conspiratione enim facta omnibusque insurgentibus, imperio eum abdicant, undecimo, ex quo regnaret, anno, et in Lethes castellum coniiciunt; regni vero potestatem in Zamasphem transferunt, qui et ipse Perosi filius erat, et alioqui lenitatis et iustitiae nomine optime audiebat. Atque ita putabant, omnia sibi recte curata; sperantes, se deinceps placide quieteque victuros. Cavades vero non multo post e custodia elapsus, sive uxore ad fraudem opitulante, ut Procopius scribit, et mortem etiam pro illo subire cupiente, sive alio quopiam modo usus, aufugit tamen, et e carcere evasit, atque ad Nephtalitas se recepit, eorumque regi supplex est factus: qui cum varias incertasque fortunae mutationes ac vicissitudines cum animo suo perpenderet, perhumaniter eum excepit, neque desinebat eum solari, animique aegritudinem sublevare; primum quidem blanditiis verborum commodaque exhortatione ad meliora ipsius mentem corrobo-

δαψιλεῖ καὶ φιλοτησίᾳ θαμὰ προτεινομένῃ, καὶ ἐφεστρίσι τι- A. C. 556 I. I. 30
μίαις, καὶ τούτοις δὴ ἅπασι τοῖς εἰς φιλοξενίαν προχειροτά-
τοις· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ τὴν θυγατέρα κατεγγυᾷ πρὸς γά-
μον τῷ ξένῳ, καὶ στρατιὰν αὐτῷ πρὸς τὴν κάθοδον ἀποχρῶ-
σαν παραδοὺς, ἔστειλεν αὖθις, τό τε ἀντιστατοῦν καθελοῦν-
τα, καὶ τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν ἀνακτησόμενον. ἐπεὶ δὲ
πεφύκασι πρὸς τἀναντία πολλάκις συμφύρεσθαι τοῖς ἀνθρώ-
ποις αἱ τῶν δοκηθέντων ἐκβάσεις, τοιόνδε τι καὶ τότε ξυνέβη, P. 139
καὶ πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπήν τε καὶ κίνησιν ἐπὶ πολλῷ τῷ
διαλλάττοντι ὁ τοῦ Καβάδου βίος ἐταλαντεύθη, καὶ ταῦτα ἐν
χρόνῳ μετρίῳ. ἐκ μὲν γὰρ βασιλέως πρότερον ὑπόδικος γέγονε
καὶ δεσμώτης· ἀπαλλαγεὶς δὲ τῆς εἱρκτῆς, φυγὰς καὶ μέτοι-
κος καὶ ἱκέτης· ἐκ δὲ ἱκέτου καὶ ξένου, κηδεστὴς βασιλέως
καὶ οἰκειότατος· εὐθὺς δὲ κατελθὼν εἰς τὰ πάτρια ἤθη, ἀνεί-
ληφε πάλιν τὴν ἀρχὴν πόνων ἐκτὸς καὶ κινδύνων, ὥσπερ οὐ-
δαμῶς αὐτὴν ἀφῃρημένος, ἀλλ' εὑρὼν ἔτι σχολάζουσαν, καὶ
οἷον ἐκδεχομένην. ὁ γὰρ Ζαμάσφης ἑκὼν ἀπέστη τοῦ θάκου,
καὶ μεθεῖναι μᾶλλον ἔγνω τὴν βασιλείαν, τέτταρας ἐνιαυτοὺς B
ἡσθεὶς ἐν αὐτῇ, καὶ ἀπαγορεῦσαι μὲν τῷ γαυρουμένῳ τῆς ψυ-
χῆς καὶ φιλοδοξοῦντι, τὸ δὲ ἄπραγμον σὺν τῷ ἀσφαλεῖ ἀν-
θελέσθαι· καὶ προὔλαβε τὴν ἀνάγκην ἡ εὐβουλία. ὁ δὲ Καβά-
δης ἐγκρατὴς γεγενημένος πλέον ἢ πρότερον, ἐς τριάκοντα ἐτέ-

5. Pro καθελοῦντα R. καθελεαυτοῖς. 7. συμφέρεσθαι Par. 8. τοιὸν δή τι R. 10. ἐταλάντευσε R. 12. δεσμότης edd. 17. θάκου. H. l. non variat R., qui supra θῶκον praebuerat.

rans, ac praeterea lauta mensa amicaque propinatione frequenter excipiens, vestibus etiam pretiosis donans, omniaque hospitalitatis munia explens; paulo vero post etiam filiam hospiti nuptui despondet, datoque ei valido satis exercitu ad sua remisit, cum eorum, qui obstituri essent, clade pristinum suum regnum recuperaturum. Cum autem frequenter soleant hominibus res contrariis plane, quam animo destinarant, eventibus confundi, tale quid etiam tum usuvenit, variisque in utramque partem momentis, diversisque in contrarium mutationibus Cavadae vita fuit librata, idque brevi satis temporis spatio. Nam ex rege antea reus factus et captivus; ubi vero e carcere evasit, fugitivus et supplex; ex supplice autem et peregrino gener regis eique intimus; moxque ad sua reversus, imperium citra labores aut pericula recepit, perinde ac si nunquam eo exutus fuisset, vacans adhuc et quodam modo se opperiens. Zamasphes enim sua sponte regio solio excessit, regnumque relinquere potius censuit, quatuor annis eo gavisus, et renuntiare fastui ambitionique maluit, privatam vitam cum securitate coniunctam praeferens, atque ita necessitatem rectitudine consilii antevertit.

A. C. 556 ρους ἐνιαυτοὺς διέμεινε τῆς μοναρχικῆς δυναστείας ἐχόμενος
I. I. 30 πρὸς τοῖς ἕνδεκα τοῖς προτέροις, ὡς τεσσαράκοντα πρὸς τῷ ἑνὶ τοὺς σύμπαντας καθεστάναι ὁπόσους ἐν αὐτῇ ἐπεβίω.

κθ΄. Τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς τῶν ἐπ' αὐτῷ πρότερόν τε καὶ ὕστερον συμπεσόντων, ἤδη τοῖς πάλαι σοφοῖς ἐν ἱστορίας
C διεκπεπόνηται τρόπῳ· ὃ δὲ τοῖς μὲν προτέροις παρεῖται, ἄξιον δὲ οἶμαι γινώσκειν καὶ ἐπισημήνασθαι, καλὸν ἂν εἴη προσθεῖναι. θαυμάσειε γὰρ ἄν τις, ὅτι δὴ κατ' ἐκεῖνο τοῦ και-
V. 98 ροῦ παρά τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις παραπλήσια ἄττα συνελθεῖν ξυνέβη, ὥσπερ αὐτομάτως ἐν ἑκατέρᾳ πολιτείᾳ κατὰ τῶν κρατούντων ἐναντίας τινὸς περιφορᾶς ἐνσκηψάσης. ἐλαχίστου γὰρ ἔμπροσθεν χρόνου καὶ Ζήνων ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ὁ Ἴσαυρος, ὃς δὴ πρώην Ταρασισκωδίσαιος ἐπωνομάζετο, ὑπὸ Ἰλλοῦ τε καὶ Βασιλίσκου καὶ Κόνωνος ἐπιβουλευθεὶς, συνεργούσης ἐς τὰ μάλιστα καὶ Βηρίνης, ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς
D καὶ ἐξελήλαται, καὶ μόλις ἐς τὴν Ἰσαυρίαν ἀπεσώθη· πλὴν ἀλλ' ἐπανῆκεν αὖθις ἐς τὰ βασίλεια, καὶ Βασιλίσκον τὸν τυραννήσαντα οὐ πλέον ἢ ἔτεσι δύο καθελὼν, καὶ τοῦ σχήματος ἀφελόμενος, διετέλει πάλιν ἐχόμενος τῆς ἀρχῆς καὶ πάντα διατάττων, οὐκ ἐπὶ πλεῖστον μὲν χρόνον, ἐν αὐτῇ δὲ ὅμως ἀπεβίω. κατ' αὐτὸν δὲ καὶ Νέπως ὁ τῆς Ἑσπέρας βασιλεὺς

5. *ἱστορίαις* R. 10. *συνέβη* R. 13. *πρώτη* R. *Ταρασισκωδίσεος* vulg., *Τάρασις Κωδιαῖος* R., *Tharasis Codicus* Intpr., *Τρασκαλλισαῖος* apud Theophanem. Satis probabile est, Agathiam scripsisse *Ταρασισκαλισαῖος*. 15. *εἰς* vulg. 18. *δύο* R., *δύω* vulg.

Cavades vero multo quam antea potentior factus, alios triginta annos ultra undecim priores monarchicum imperium obtinuit, ut unum et quadraginta annos cum regia potestate vixerit.

29. Quae itaque eo antea et postmodum regnante acciderunt, veteres illi docti scriptores in modum historiae accurate pertractarunt. Quod autem a veteribus illis praeteritum est, quodque dignum cognitu ac memoratu crediderim, non abs re fuerit adiicere. Mirari enim quispiam possit, quod per id tempus Romanis et Persis nonnulli similes sibi mutuo casus acciderint, tanquam sponte in utraque re publica contraria quadam revolutione fortunae adversus Imperatores ingruente. Paulo enim ante etiam Zeno ille Isaurus, Romanorum Imperator, qui antea Tarasiscodisaeus cognominabatur, insidiis ei per Illum et Basiliscum et Cononem structis, coadiuvante praecipue Berine, imperio excidit eiectusque est, atque aegre in Isauriam salvus evasit, rediit tamen rursus in regiam, et Basilisco, qui non diutius quam duobus annis tyrannidem exercuerat, interfecto, regioque insigni ei adempto, rursus imperium recuperavit, omniaque moderatus est, non quidem multo tempore, regnans tamen e vita excessit. Haud secus et Nepos, Occidentis Imperator,

ὁμοίαις ἢ καὶ μείζοσιν ὡμίλησε συμφοραῖς. ὑπὸ γὰρ Ὀρέστου A. C. 556
φενακισθεὶς, πέφευγεν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἀποβεβληκὼς μὲν τὴν L. I. 30
ἁλουργίδα, οὐκέτι δὲ αὐτὴν ἀντανείλετο, ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τε-
λῶν διεφθάρη. οὕτως ἄρα ἐν τῷ τότε μεταβολὰς παραλόγους
κατὰ τῶν κρατίστων δυνάμεων συνελθεῖν ξυνηνέχθη. ζητούν-
των μὲν οὖν τὴν τούτων αἰτίαν οἱ τὰς τῶν ἀδήλων ἀνιχνεύειν
ἀρχὰς εἰθισμένοι, καὶ λεγέτωσαν ὁποίας καὶ βούλοιντο, ἐμοὶ
δὲ τῆς προτέρας ἐκδρομῆς καὶ αὖθις μεταληπτέον. τεθνηκότος
γὰρ τοῦ Καβάδου κατὰ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ
παρὰ Ῥωμαίοις βασιλείας, Χοσρόης ὁ πάνυ ὁ καθ' ἡμᾶς δια- P. 140
δέχεται τὴν πατρῴαν ἀρχὴν, καὶ πέπραχε πλεῖστα ὅσα καὶ
μέγιστα, ὧν ἔνια μὲν Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι προαναγέγραπται,
τῶν δὲ λοιπῶν ἐμοί γε τὰ μὲν εἴρηται ἤδη, τὰ δὲ ἀκολούθως
εἰρήσεται. ὡς ἂν δὲ τὸ συνεχὲς τῶν χρόνων τελεώτατα δια-
φυλαχθείη, τοσοῦτον ἐρῶ πρὸς τὸ παρὸν, ὡς ἐς ὀκτώ τε καὶ
τεσσαράκοντα ἐνιαυτοὺς τοῦ κράτους ἐχόμενος, πολλὰς ἀνεδή-
σατο νίκας· καὶ γέγονεν ὁποῖος οὔπω πρότερον ἄλλος τῶν παρὰ
Πέρσαις βεβασιλευκότων ἀναδέδεικται, εἴγε τῷ παντὶ ἑκάστῳ
συγκρίνοιτο, οὐδὲ εἰ Κῦρον εἴποι τις ἂν τὸν Καμβύσου, οὐδὲ
Δαρεῖον Ὑστάσπεω, οὐδὲ μὴν Ξέρξην ἐκεῖνον, τὸν ἱππήλατον B
μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι ναυτιλλόμενον.
πλὴν ἀλλὰ τοιοῦτός γε ὢν, ἀκλεὴς γε αὐτῷ ἡ τοῦ βίου κατα-
στροφὴ γέγονεν, καὶ οἰκτρὰ καὶ τῶν φθασάντων ἀλλοτριω-

1. καὶ ins. ex R. 5. συνηνέχθη R. 18. εἴτε R., Intpr. *vel si*. 19. εἴπῃ R.

similibus aut maioribus calamitatibus fuit immersus. Nam ab Oreste circumventus, fugit ex Italia, purpura exutus, quam nunquam recuperavit, sed inter privatos degens interiit. Adeo inopinatae mutationes tum temporis potentissimis regibus acciderunt. Causas vero harum mutationum quaerant, qui abditarum rerum occulta principia investigare consueverunt, et quascunque voluerint proferant, mihi vero, unde digressus sum, est redeundum. Mortuo enim Cavade quinto anno, ex quo Iustinianus Romanis imperarat, Chosroës ille, maximi apud nos nominis, paternum suscepit imperium, et plurimas maximasque res gessit; quarum nonnullae a Procopio rhetore sunt conscriptae; reliquae vero partim iam a me dictae sunt, aliae consequenter dicentur. Ut autem continuata temporum series exactissime observetur, in praesentia duntaxat dicam, quod per octo et quadraginta annos, quibus imperio potitus est, multis decoratus fuerit victoriis, talisque evaserit, qualis ante eum ex Persarum regibus nemo, si cum singulis eorum comparetur; ne si Cyrum quidem Cambysae filium aliquis nominaverit, aut Darium Hystaspis, sed neque Xerxem illum, qui mare equis, montes navibus reddidit pervios. Ceterum talis ac tantus cum fuerit, inglorium et miseran-

A. C. 556 I. I. 30 τάτῃ. ἐτύγχανε μὲν γὰρ ἐν τῷ τότε ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη ἐς κώμην Θαμανῶν διὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν καὶ τὴν τῶν τόπων εὐκρασίαν μεταβάς τε καὶ ἐνδιαιτώμενος. Μαυρίκιος δὲ ὁ Παύλου, ὑπὸ Τιβερίου Κωνσταντίνου τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἄρχειν τῶν κατὰ τὴν ἕω ταγμάτων προστεταγμένος, εἰσέβαλεν ἀθρόον ἐς τὴν Ἀραξιανηνὴν χώραν, πρόσοικον οὖσαν τῇ τῆς κώμης περιοικίδι καὶ ἀγχιτέρμονα· καὶ δῆτα οὐκ ἀνίει δήων ἅπασαν ἀφειδῶς καὶ ληϊζόμενος. περαιωθεὶς δὲ τὰ
C ῥεῖθρα τοῦ Ζίρμα ποταμοῦ, ἀνὰ τὰ πρόσω ἔτι ἐχώρει, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐλεηλάτει καὶ ἐνεπίμπρα. οὕτω δὲ αὐτοῦ ἄρδην ἅπαντα καταστρεφομένου καὶ ξυγκυκῶντος, ὁ Χοσρόης, (οὐ πόῤῥω γὰρ ἦν, ἀλλ' ὅσον ἀρθεῖσαν ἤδη θεᾶσθαι τὴν φλόγα,) οὐκ ἤνεγκεν τὴν ὄψιν τοῦ πολεμίου πυρὸς, ἐπεὶ μήπω πρότερον ἑωράκει. τοιγάρτοι αἰδοῖ τε καὶ δέει καταπεπληγμένος, οὔτε ἀντεξῄει, οὔτε ἠμύνετο· ἀλλὰ τοῖς προσπεσοῦσι πέρα τοῦ μετρίου περιαλγήσας, καὶ οἷον ἀπειρηκὼς ταῖς ἐλπίσιν, αὐτίκα νόσῳ ἥλω ὑπὸ δυσθυμίας δεινῇ τε καὶ ἀνηκέστῳ. καὶ τοίνυν
D φοράδην ἀχθεὶς μετὰ τάχους πολλοῦ εἰς τὰ ἐν Σελευκείᾳ καὶ Κτησιφῶντι βασίλεια, καὶ φυγὴν τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενος, οὐκ ἐς μακρὰν καταλύει τὸν βίον.

3. ἐνδιαιτώμενος R., διαιτώμενος vulg. 4. αὐτοκράτορος R., βασιλέως vulg. 6. ἀθρόως R. Ἀρξιανὴν R. et in mg. Ἀραξιανὴν, Intpr. *Arxianum agrum.* 7. κώμης R. et Intpr. *contiguus circumiectis vico.* χώρας vulg. 8. ἀνήει R. δήων R., δηΐων vulg. 12. Pro ἀρθεῖσαν ἤδη R. ἂν ἤδηθείαν.

dum, et ab ante actis ipsius rebus gestis alienissimum habuit vitae exitum. Cum enim per id tempus circa Carduchios montes versans in vicum Thamanorum propter aestivum tempus et illorum locorum temperiem transisset, ibique commoraretur, Mauritius Pauli F. a Tiberio, Constantini Romanorum regis filio, legionibus Orientalibus praeesse iussus, repente in agrum Araxianum irruit, qui finitimus conterminusque erat ditioni, qui vico illi erat circumiectus, neque ullum vastandi universam ac depraedandi finem faciebat: traiecto vero Zirma flumine in anteriora procedebat, cuncta vero flamma rapinisque miscens. Omnia itaque funditus evertente ac devastante Mauritio, Chosroës (neque enim longe aberat, sed tantum, ut in altum elatam flammam prospicere posset) hostilis ignis adspectum nequaquam tulit, siquidem nunquam antea eum viderat. Quocirca pudore simul ac metu perculsus, neque obviam ivit, neque sua tuebatur; sed ingenti quodam atque immoderato dolore in animo suo ex ea strage concepto, et quodammodo in desperationem adductus, confestim gravi incurabilique morbo prae moerore est correptus. Quapropter lectica elatus quam celerrime in Seleuciae et Ctesiphontis regia palatia, recessu fugae simili facto, non multo post excessit e vita.

λ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα ὅντινά με τρόπον ἡ τοῦ λόγου A. C. 556 φορὰ παραλαβοῦσα, καὶ τῷ ἀξιαγάστῳ, οἶμαι, τῶν πράξεων I. I. 30 ἡδομένη, ἐς τόδε ἤγαγε προπετείας, ὡς τὰ ἐν μέσῳ ὑπερβάντα τῶν πορρωτάτω ἐπιμνησθῆναι. οὐκοῦν ἐπειδὴ νῦν γοῦν ἐπέγνων ὅποι ἀφῖγμαι, καὶ ὅθεν ἐξέβην, ἐκεῖνα μὲν ἐατέον πρὸς τὸ παρόν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἀναγραφησόμενα χωρίοις· ἐπανήξω δὲ αὖθις ἐς τὸ ξυνεχὲς καὶ ἀκόλουθον τῶν προτέρων. ἥ τε γὰρ τῶν Περσικῶν βασιλέων διαδοχὴ καὶ ὁ τῶν ἐνιαυτῶν κατάλογος, καί, συλλήβδην φάναι, ἅπαν μοι τὸ ἐπηγγελμένον ξυνετελέσθη. P. 141 οἶμαι δὲ ἄγαν ἀληθῆ ταῦτα καθεστάναι καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐκ- V. 99 πεπονημένα, ὡς δὴ ἐκ τῶν Περσικῶν βίβλων μεταληφθέντα. Σεργίου γὰρ τοῦ ἑρμηνέως ἐκεῖσε γενομένου, καὶ τοὺς τῶν βασιλικῶν ἀπομνημονευμάτων φρουρούς τε καὶ ἐπιστάτας μεταδοῦναί οἱ τῆς περὶ ταῦτα γραφῆς ἐκλιπαρήσαντος, (πολλάκις γὰρ αὐτὸν ἐς τοῦτο προτρέψας ἐτύγχανον,) προσθέντος δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, ὡς οὐκ ἄλλου του χάριν ζητοίη τῶνδε τυχεῖν, ἢ ὥστε καὶ παρ' ἡμῖν ἀνάγραπτα ἔσεσθαι τὰ σφίσιν ἐγνωσμένα καὶ τίμια, παρέσχον εὐθὺς εὖ γε ποιοῦντες ἐκεῖνοι, οὐκ ἄχαρι τὸ χρῆμα ἡγούμενοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐκλείας τοῖς σφῶν βασιλεῦσιν ἐσόμενον, εἰ μέλλοιεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις B

3. *ἁδομένη* R. pro *ἡδομένη*. 4. *πορρωτάτω* R., *πορρωτέρω* vulg. 6. *ἀναγραφησόμενα* R. Lugd. 2. m. et Intpr. *ut — describendis.* Vulg. ex pr. m. Lugd. *ἃ ἐν τοῖς οἰκ. ἀναγραφησόμεθα.* *χωρίοις* R. et Intpr. *suis locis*, *χρόνοις* vulg. 10. *ἀληθῆ ἄγαν* R. *καθεστάντα* R. 11. *βίβλων* R., *βιβλίων* vulg. 15. *προσθέντος* R., *προθέντος* vulg. 19. *ἡγούμενοι εἶναι* R., *εἶν. ἡγούμ..* vulg.

30. Sed nescio quo pacto me orationis decursus abreptum, rerumque memoratu dignarum voluptate delinitum, eo praecipitantiae adduxerit, ut omissa rerum praesentium tractatione, remotiora sim persecutus. Quocirca cum nunc sciam quo pervenerim et unde fuerim digressus, illa quidem iam sunt omittenda, quae suis temporibus conscribemus: ad praecedentium autem rerum continuatam congruentemque narrationem revertar. Persicorum enim regum successionem et annorum numerum, et, ut uno verbo dicam, universum id, quod promiseram, iam absolvi. Et quidem vera esse quae dixi, puto, accurateque elaborata, utpote e Persicis libris desumta. Cum enim Sergius ille interpres illic ageret, et regiorum annalium custodes ac praefectos obnixe rogasset, ut secum illa scripta communicarent, (frequenter enim ego illum ad hoc eram hortatus,) causam vero etiam adiecisset, quam non aliam esse declarabat, quam ut etiam apud nos litterarum monumentis commendarentur ipsorum instituta, quaeque in pretio haberent; statim illi recte facientes, eius petitioni annuerunt, rem non ingratam fore rati, immo vero ad regum suorum gloriam pertinentem, si etiam

A. C. 556 γινώσκεσθαι, ὁποῖοί τε γεγόνασι καὶ ὁπόσοι, καὶ ὅπως ἡ τοῦ L. I. 30 γένους αὐτοῖς ἀποσέσωσται τάξις. λαβὼν οὖν ὁ Σέργιος τά τε ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένων τὰ καιριώτατα, καὶ μεταβαλὼν εὐκόσμως εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, (ἦν γὰρ δὴ ἑρμηνέων ἄριστος ἁπάντων, καὶ οἷος ὑπ' αὐτοῦ Χοσρόου θαυμάζεσθαι, ὡς ἐν ἑκατέρᾳ πολιτείᾳ τὰ πρωτεῖα λαχὼν τῆς ἐπιστήμης,) εἰκότως οὖν ἀκριβεστάτην ποιησάμενος τὴν μετάφρασιν, ἀπεκόμισέ τέ μοι ἅπαντα μάλα πιστῶς καὶ φιλίως, καὶ προὔτρεψε διανύειν τὴν αἰτίαν, ἐφ' ἧπερ αὐτὰ C καὶ παρείληφε. καὶ τοίνυν διήνυσται. ὥστε εἰ καὶ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι ἔνια τῶν ἐπὶ Καβάδῃ ἀφηγηθέντων ἑτέρως ἀπήγγελται, ἀλλ' ἡμῖν ἀκολουθητέον τοῖς Περσικοῖς χρονογράφοις, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων ὡς ἀληθεστέρων ἀντιληπτέον. τοσούτου δὴ οὖν ἡμῖν τοῦ πόνου τελεώτατα ἐξειργασμένου, φέρε πρὸς αὐτὴν αὖθις ἐπανίωμεν τὴν τῆς ἱστορίας ξυνέχειαν, ἣν ἐκ τῶν ἀμφὶ τὴν Λαζικὴν γεγενημένων διατεμόντες, ἐς τάδε ἀφίγμεθα. οὕτω μὲν δὴ οὖν ὁ Ναχοραγὰν διὰ τὸ ἀγεννὲς τοῦ τρόπου, καὶ τὸ νενικῆσθαι ἀνὰ κράτος ὑπὸ Μαρτίνου τε καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων, καὶ τὴν ἐς Ἰβηρίαν αἰσχρὰν ἀναχώρησιν, ὠμότατα διεφθάρη καθ' ὃν ἤδη μοι πρότερον

4. καιριώτατα R., καιριώτερα vulg. 9. φιλίως R., φίλως vulg. 11. ἀφηγηθέντων R., ἀφηγημένων vulg. 12. χειραγράφοις (sic) R., Intpr. *scripta.* 14. τοσούτου R. et Intpr. *tantum laboris*, τούτου vulg. ἐξηργασμένου R., ἐξεργ. edd. 16. διατεμόντες R. et Intpr. *quam — occoeptam intercidimus*, διατελοῦντες vulg. 20. πρότερον εἶρ. τρ. R., τρόπ. εἶρ. πρ. vulg.

Romanis innotesceret, quales et quot fuerint, et quo pacto generis series ipsis sit conservata. Sergius itaque, acceptis eorum nominibus et temporibus et praecipuis insignioribusque ipsorum rebus gestis, iisque scite in linguam Graecam conversis, (erat enim interpretum omnium optimus, quemque Chosroës ipse admirabatur ut in utraque re publica eruditorum interpretum principem,) perfectissimaque, uti verisimile est, interpretatione a se confecta, ad me omnia fideliter amiceque detulit hortatusque est, ut causae, ob quam haec monumenta a Persis acceperat, satisfacerem effectuique darem; quod et nunc a me praestitum perfectumque est. Quocirca tametsi nonnulla eorum, quae de Cavade commemorata sunt, aliter a Procopio rhetore narrantur, nobis Persici annalium scriptores potius sunt sequendi, quaeque ii scribunt, ut veriora tenenda. Hoc itaque labore nobis perfectissime absoluto, age ad continuandam historiam redeamus, quam interrupta narratione rerum in Lazico gestarum, huc usque perduximus. Hoc itaque pacto Nachoragan ob suam vecordiam, et quod per vim esset victus a Martino et Romanis copiis, et ob turpem in Iberiam fugam, crudelissima morte

εἴρηται τρόπον. λογιζόμενος δὲ ὁ Χοσρόης, ὡς οὐχ οἷόντε αὐτῷ A. C. 550
ἀνὰ τὴν Κολχίδα γῆν πρὸς Ῥωμαίους παρατάττεσθαι, τῶν I. I. 30
μὲν τῆς θαλάττης κρατούντων, καὶ ἅπαντα, ὧν ἂν δέοιντο, ῥᾳ- D
δίως ἐνθένδε μεταπεμπομένων, αὐτοῦ δὲ διὰ μακρᾶς ὁδοῦ καὶ
ἐρήμου μόλις τοῖς στρατοπεδεύουσιν ἐλάχιστα γοῦν τῶν ἐδω-
δίμων ὑπὸ ἀχθοφόροις ἀνδράσι τε καὶ ὑποζυγίοις χαλεπώτατα
στέλλειν ἀναγκαζομένου· ταῦτα δὴ οὖν ἐπισκοπῶν, ἔγνω τὸν
ὅλον πόλεμον καταθέσθαι, ὡς ἂν μὴ ἐπιπλεῖστον αὐτοῖς ἡ
εἰρήνη χωρίοις τισὶ περιοριζομένη, ἀτελὴς καὶ οἷον σκάζουσα
διαμένοι, ἀλλ' ὁμοίως ἁπανταχοῦ ἐπιῤῥωσθείη. καὶ τοίνυν
ἐκπέμπει ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ἐς τὸ Βυζάντιον ἄνδρα Πέρσην τῶν
σφόδρα παρ' αὐτοῖς λογιμωτάτων, ὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Ζίχ. P. 142
οὗτος δὲ ὁ Ζὶχ ἀφικόμενος καὶ παρελθὼν ὡς Ἰουστινιανὸν
βασιλέα, πολλὰ μὲν ἔφη τῶν παρόντων πέρι, πολλὰ δὲ ἀκήκοε·
καὶ πέρας ἐς τόδε ξυνηλθέτην, ἐφ' ᾧ Ῥωμαίους τε καὶ Πέρ-
σας κατέχειν μὲν ἅπαντα, ὧν ἤδη ἐτύγχανον κατὰ τὴν Λαζῶν
χώραν πολέμου θεσμῷ ἐπειλημμένοι, εἴτε πολίσματά γε
εἴτε φρούρια εἶεν, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ ἥκιστα
κατ' ἀλλήλων παρατάττεσθαι, ἕως ἐς ἕτερόν τι μεῖζον B
καὶ τελεώτερον τὸ ἑκατέρωθεν ἄρχον συμβαίη. ὁ μὲν οὖν
Ζὶχ οὕτω τὰ τῆς πρεσβείας διαπραξάμενος, ἀπενόστησεν ἐς τὰ

1. Quae sequuntur, sine ulla varietate leguntur in Cod. Bavar. Excerptorum de legationibus. 3. θαλάσσης R. 9. σκάζουσθαι R. 10. ἐπιρωσθείη R. 12. λογισμωτάτων R. 17. χώραν add. ex R. et Intpr., abest vulg. et Exc. 19. ἐς om. R.

affectus fuit, quemadmodum supra a me est dictum. Chosroës vero considerans, se non posse in Colchica regione adversus Romanos exercitum ducere, quod illi quidem mari potirentur, ac per id facile necessaria omnia eis subveherentur, ipse vero longis desertisque itineribus in castra sua etiam exiguum commeatum non nisi per baiulos et iumenta oneraria difficillime mittere cogeretur, totum bellum deponendum censuit, ne ipsis pax, certis quibusdam ut plurimum locis circumscripta, mutila imperfectaque et quodammodo claudicans permaneret, sed ex aequo ubique valeret atque confirmaretur. Byzantium ergo cum legatione mittit virum quendam Persam maximae auctoritatis, cui nomen erat Zich. Is cum ad Iustinianum Impeperatorem venisset, multique ultro citroque sermones de praesenti rerum statu essent habiti, tandem ita inter eos convenit, ut Romani et Persae in Lazica regione omnia retinerent, quaecunque belli iure obtinuissent, sive castella sive propugnacula ea essent; ipsi vero inter se quietem agerent, belloque abstinerent, donec arctius aliquod perfectiusque foedus principes utrimque inirent. Zich itaque legatione sua ita perfunctus, ad suos rediit. Quae ubi praefectis

A. C. 556 οἰκεῖα. τούτων δὲ τοῖς στρατηγοῖς ἀπηγγελμένων, ἔμενον αἱ
I. I. 30 δυνάμεις ἐπὶ χρόνον συχνὸν πάμπαν ἀπόλεμοι, καὶ τὸ πρότερον αὐτομάτως γιγνόμενον τότε δὴ οὖν ὑπὸ ξυνθήκαις ἐβεβαιοῦτο.

3. οὖν om. R.

fuerunt renuntiata, exercitus ad multum tempus ab omni bello abstinuerunt; quodque antea sponte erat factum, tum etiam pactis fuit constabilitum.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ Ε.

AGATHIAE SCHOLASTICI
HISTORIARUM LIBER V.

ARGUMENTUM.

Tzannorum latrocinia. Theodorus ex Colchide contra eos profectus castra ponit prope Theodoriadem(1), *ibique rebelles parvo successu elatos, dolo circumventos devincit, quibus Imperator annuum stipendium imponit*(2). *Byzantium ingenti terrae motu concutitur. Mors Anatolii* (3). *Iudicium vulgi de ea refellitur* (4). *Terror sinistris vaticiniis auctus, Byzantinos ad vanam virtutis ostentationem impellit* (5). *Causa terrae motuum a quibusdam in vaporibus subterraneis ponitur. Anthemii mechanici lepidum commentum* (6, 7, 8). *Iustinianus quum alia aedificia, tum sanctissimam Sophiae aedem reaedificandam curat. Cuius descriptio a Paulo Silentiario composita laudatur* (9). *Pestis Byzantii grassatur* (10). *De priscis Hunnorum sedibus et fatis. Hunni Cotriguri, Zabergane duce, Romanum imperium invadunt, Graeciam et Chersonesum petentes* (11). *Descriptio Chersonesi. Zabergan per murum magnum defensoribus vacuum suburbanam regionem ingressus, ipsi Byzantio imminet* (12). *Hunnorum saevitia et stupra. Militares Romani imperii opes tum valde imminutae erant* (13). *Causae huius decrementi. Urbs magno terrore impletur* (14). *Scholariorum militum origo et conditio. Belisarius iam senex defendendae urbi praeficitur* (15). *Is exercitum undequaque collectum ex urbe educit, et ad virtutem et moderationem exhortatur* (16, 17, 18). *Hac oratione confirmati Romani barbaros cum ingenti clade repellunt* (19). *Quibus fugatis, protinus Belisarius revocatur* (20). *Chersonesum interim Germanus, Dorothei filius, strenue defendit. Hunni ad circumnaviganda munimenta ex calamis rates conficiunt* (21). *Quibus vecti sexcenti homines a Romanis obviam navigantibus ad unum omnes aut merguntur aut caeduntur* (22). *Non multo post barbari etiam terrestri proelio vincuntur. Zabergan, auro a Iustiniano accepto, universas Hunnorum copias in patrias sedes reducit* (23). *In quos decedentes Iustinianus Sandichlum, Utrigurorum regem, incitat* (24). *Perpetua inde bella exorta, quibus hae gentes invicem se consumebant.* (25).

A.C.557 α'. Οὕτω μὲν οὖν τὰ μεγάλα καὶ ἀμφήριστα γένη κατὰ
I.I.31 τὸ ξυγκείμενον τὰ ὅπλα ἔθεντο, καὶ ἠρεμοῦντα ἐπὶ μακρότα-
P.143
V.100 τον διετέλουν, ὡς μηδὲν ὁτιοῦν τόγε ἐπ' ἐκείνοις ὁπότερον γοῦν
αὐτῶν διαπονεῖσθαι. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Τζάννοι τὸ ἔθνος· οἰκοῦσι δὲ
τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τοῦ Εὐξείνου πόντου, ὑπὸ Τραπεζοῦντα
τὴν πόλιν· οὗτοι δὴ οὖν οἱ Τζάννοι, καίτοι ἐκ παλαιοῦ ὑπόσπον-
δοί τε καὶ κατήκοοι τῶν Ῥωμαίων γεγενημένοι, ἀλλὰ τότε τὸ
μέν τι αὐτῶν εἴχετο τῶν προτέρων, καὶ ἀκολασταίνειν οὐ λίαν
ἐγνώκει, οἱ δέ γε πολλοὶ παρέντες τὰ καθεστῶτα, λῃστρικώ-
τερον ἐβιότευον, καὶ καταθέοντες τὰ ἀμφὶ τὸν Πόντον χωρία,
τούς τε ἀγροὺς ἐλεηλάτουν καὶ τοὺς ὁδοιπόρους ἐσίνοντο·
ἐπέβαινον δὲ καὶ Ἀρμενίας, ὅποι παρείκοι, καὶ ἁρπαγὰς ἐποι-
οῦντο, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν ἐφρόνουν ἀλλοτριώτερον τῶν διαφα-
νῶν πολεμίων. τοιγάρτοι στέλλεται ἐπ' αὐτοὺς Θεόδωρος,
ὁ σφῶν μὲν ὁμόφυλος, τὰ δὲ πρωτεῖα φερόμενος ἐν τοῖς Ῥω-
P.144 μαϊκοῖς ταξιάρχοις· πολλάκις δὲ, οἶμαι, τούτου καὶ πρότερον
ἐπεμνήσθην. ἅτε γὰρ τῆς οἰκείας χώρας δαημονέστατος, καὶ
ὅθεν ἐμβάλλειν ἄριστα ἤμελλε, καὶ ὅποι ἐναυλίσασθαι, καὶ
ὅπως τοὺς δυσμενεῖς ἀνιχνεῦσαι ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπιστάμενος,
εἰκότως ἄρα ἐκεῖνος, ἐκ βασιλέως αὐτῷ προστεταγμένον, ἐπὶ
τήνδε τὴν πρᾶξιν ἐχώρει. ἄρας δὴ οὖν ἐκ τῆς Κολχίδος γῆς

7. τότε τὸ μὲν R. (Cl.), τότε μὲν vulg. 12. Ἀρμενίαν R. 14. τοίγαρ στέλλ. R. 18. ἤμελλε R., ἤμελλον vulg.

1. Ita quidem maximae et dubiae inter se potentiae nationes, ut convenerat, arma deposuerunt, quieteque diutissime manserunt, ita ut neutra pars in alteram quicquam moliretur. Per id tempus Zanni, gens australia ad Euxinum Pontum loca incolens circa urbem Trapezuntem; ex his, inquam, Zannis, cum ab antiquo foederati subditique Romanorum fuissent, nonnulli veteribus pactis stabant, neque proterve insolescebant; alii, pristino vitae statu neglecto, praedonum in morem vivebant, locaque Ponto adiacentia hostiliter percurrentes, et agros depraedabantur, et viatoribus erant infesti: quin et in Armeniam transgressi, quoad poterant, praedas agebant, neque aliter se, quam si aperti hostes essent, gerebant. Mittitur itaque in eos Theodorus, eorum popularis, primas inter Romanos ducis partes obtinens, cuius supra frequenter memini. Nam ille, ut suae regionis peritissimus, et e qua parte optime eam invasuri viderentur, ubi etiam commodissime castra locanda, et quomodo hostes pervestigandi essent, ad unguem norat; merito Imperatoris iussu ad hoc negotium conficiendum est missus. Castris itaque e Colchica regione cum iusto exercitu motis, eiusque fines ultra Phasidem occa-

ξὺν ἀποχρώσῃ στρατιᾷ, καὶ τὰ ἐκτὸς Φάσιδος ποταμοῦ παρα- A. C. 557 μειψάμενος ὅρια ἐπὶ δυόμενον ἥλιον, αὐτίκα ἐς τὰ ἐνδότατα I. I. 31 τῆς τότε πολεμίας ἐφοίτα. στρατοπεδευσάμενος δὲ ἀμφὶ Θεοδωριάδα τὴν πόλιν καὶ τὸ Ῥίζαιον καλούμενον, αὐτοῦ τε χαράκωμα τῷ στρατῷ περιβαλόμενος, τὸ μὲν ἠρεμοῦν ἔτι καὶ φίλον καὶ οὔπω παρατετραμμένον μετακαλούμενος, δώροις τε B ἐφιλοφρονεῖτο καὶ ὑπεραγάμενος ἦν τῆς εὐβουλίας· τοὺς δὲ ἀποστάντας ἀνέδην καὶ παρασπονδήσαντας τίσασθαι ὡς τάχιστα τῷ πολέμῳ παρεσκευάζετο. ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐδέν τι μελλήσαντες, προεπήεσαν τῷ ἐρύματι, καὶ δὴ ἐπὶ λόφῳ τινὶ ἀγχοῦ που ὑπερανέχοντι ἐς πλῆθος ξυναγερθέντες, κατηκόντιζον τῶν Ῥωμαίων ἐξ ὑπερδεξίων καὶ κατετόξευον, ὡς ἅπαν τὸ στράτευμα διαταραχθῆναι τῷ ἀδοκήτῳ τῆς τόλμης. πολλοὶ δὲ ὅμως ὑπεκβάντες, ἀντεπεφέροντο μὲν προθυμότατα τοῖς ἐναντίοις, οὐ μὴν ἐν τάξει ἐχώρουν, οὐδὲ ἀνέμενον, ὅπως αὐτοὺς ἐς τὸ χθαμαλὸν τοῦ πεδίου ἐκκαλέσοιντο· ἀλλ' ὀργῇ ἐχόμενοι καὶ ἀκο- V. 101 σμίᾳ, ἐγκαρσίους πως τὰς ἀσπίδας ὑπὲρ τὰς κεφαλὰς προεβέ- C βληντο, ἠρέμα ὑποκεκυφότες, καὶ πρὸς τὸ ἄναντες ἐπειρῶντο ἀναῤῥιχᾶσθαι. οἱ δὲ Τζάννοι θαμὰ βάλλοντες ἐκ τοῦ μετεώρου δόρασί τε καὶ πέτραις κυλινδουμέναις, ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀπεκρούσαντο, καὶ ἐπεκδραμόντες μέχρι μὲν τεσσαράκοντα

1. Pro ἀποχρώσῃ στρατιᾷ R. ἀπεστρατιᾶς (sic), Intpr. *cum universis copiis.* 5. περιβαλλόμενος R. 7. ὑπεραγόμενος R. 8. Pro ἀνέδην Intpr. *impudentius* (ἀναιδῆν). 17. ἐγκαρσίᾳ R. 21. ἐπεκδραμόντες. Sic correxi. ἀπεκδρ. vulg. et R.

sum versus praetergressus, statim in penitissima hostilis regionis loca pervenit. Castris vero circa Theodoriadem urbem et Rhizaeum dictam locatis, ibique vallo exercitui circumducto, Zannos, qui adhuc quieti et amici ac nondum aversi erant, accersitos muneribus prosequebatur, eorumque prudentiam moderationemque collaudabat; eos vero, qui iam proterve ruptis foederibus defecerant, punire quam citissime bello apparabat. At illi nihil morati propius ad vallum accesserunt, et in proximum quendam eminentiorem collem magnis copiis collecti, tela et sagittas in Romanos ex editiore loco torquebant, ita ut universus exercitus inopinata illa audacia perturbaretur. Multi tamen vallo erumpentes, strenue in hostes ferebantur, sed incomposite nulloque ordine procedebant, neque opperiebantur, dum eos in planum apertumque campum evocassent, sed ira praepediti et perturbatione, transversis scutis supra capita praetensis sensim sese summittentes, in arduum collem conscendere nitebantur. Zanni vero assidue ex edito hastas iacientes, saxaque devolventes, facile eos repulerunt, eruptioneque facta viros XL. interfecerunt, reliquos in turpissimam fugam verterunt. Barbari autem, re feliciter ex insperato gesta, quam proxime ad castra accesserunt,

A. C. 557 ἀνδρῶν ἔκτειναν, τοὺς δὲ ἄλλους ἐς φυγὴν ἔτρεψαν ἀκλεεστά-
L. I. 31 την. ἀρθέντες δὲ οἱ βάρβαροι τῷ παραλόγῳ τοῦ προτερήματος, ἐν χρῷ τῷ στρατοπέδῳ ἐπέλαζον· ἐνταῦθά τε μάχη ξυνέστη καρτερὰ, τῶν μὲν εἴσω παρελθεῖν ἱεμένων καὶ ἅπαντας ἀναρπάσασθαι, τῶν δὲ Ῥωμαίων αἰσχρὸν εἶναι ἡγουμένων, οὐ μόνον εἰ μὴ θᾶττον ἀπελάσαιεν τοὺς πολεμίους, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἄρδην αὐτοὺς διαφθείρωσιν. ὠθούμενοί τε ἑκάτεροι
D ἀλλήλους καὶ ἀντερείδοντες, καὶ ταῖς χερσὶ συμπλεκόμενοι, οὐδενότι ἀνίεσαν εὐψυχίας· ἀλλ' ἦν οὕτως ἐπιπλεῖστον τὰ τοῦ ἀγῶνος ἀγχώμαλα, πατάγου τε πολλοῦ καὶ βοῆς συμμίκτου ἀνάπλεα καὶ οὔπω διακεκριμένα.

β. Θεόδωρος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων ταξίαρχος ὁρῶν τοὺς δυσμενεῖς ἀστρατηγήτους τε ὄντας καὶ οὐ μάλα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ παραταττομένους, οὐδὲ πολλαχοῦ τοῦ περιφράγματος ἐφεστηκότας καὶ ἐγκειμένους, ἀλλὰ πάντας ἅμα ἐς ἕν τι μέρος ξυννενευκότας, ἐνίους μὲν τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὕτω κατὰ χώραν ἑστάναι, καὶ ἀντιπροσώπους διαμάχεσθαι παρακελεύεται·
P. 145 ἀπόμοιραν δὲ ὡς πλείστην ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἔστειλεν ὄπισθεν τοῖς βαρβάροις ἐπιπεσουμένους. οἱ δὴ λαθραιότατα πορευόμενοι, καὶ κατὰ νώτου ἐπιφανέντες, ἠλάλαξαν ἀθρόον τορόν τι λίαν καὶ ἐνυάλιον, ὥστε ἀμέλει τοὺς Τζάννους διακυκηθέντας μηδέν τι ἕτερον ἐν βουλῇ θέσθαι ἢ τὸ ἀγεννῶς δραπετεύειν. οὕτω δὲ φεύγοντας αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ὥσπερ

9. οὕτω R. 10 πολλοῦ add. ex R. et Intpr. *strepituque multo.* 16. ξυννενευκότας rescripsit Cl., ducibus R. ξυνενευκότως et Intpr. *unum in locum omnes declinassent*, συνεστηκότας vulg. 23. Pro οὕτω δὲ fort. scrib. οὕτω τε.

ibique acerrima pugna est excitata, Zannis castra perrumpere omnesque profligare nitentibus, Romanis vero turpe existimantibus, non solum nisi e vestigio hostes propulsarent, sed nisi penitus eos delerent. Pulsi itaque inter se mutuo, et renitentes manusque conserentes, nihil omnino de alacritate animorum remiserunt; sed aequo marte diu utrimque pugnabatur, omniaque erant strepitu et clamore confuso plena et adhuc incerta.

2. Theodorus autem Romanorum dux videns eos duce belli perito destitutos, neque admodum in tuto proeliantes, neque diversis e partibus vallum obsidentes atque invadentes, sed omnes simul in unam quandam partem conglobatos incumbere, nonnullos quidem e suis loco suo manere et adversa fronte cum hoste pugnare iubet, maximam vero copiarum suarum partem clam mittit, qui in hostem a tergo impetum faciant. Qui quidem occultissime profecti, cum iam Zannis a tergo imminerent, confestim immanem acutissimumque clamorem classicum sonantem excitarunt, adeo ut Zannis perculsis perturbatisque nihil aliud in mentem venerit, quam tur-

παράφρονας ὑπὸ τοῦ δέους γεγενημένους, ῥᾷστα διεχειρίζοντο, A. C. 557 καὶ δισχιλίους μὲν αὐτῶν ἀπεκτόνασι, τὸ δὲ λειπόμενον ἄλ- I. I. 31 λος ἄλλοθι ἐσκεδάννυντο. οὕτω δὲ ἀνὰ κράτος ἅπαν τὸ γένος ᾑρηκὼς ὁ Θεόδωρος, ὁ δὲ βασιλεῖ διήγγειλε τὰ ξυνενεχθέντα, καὶ ἀνεπυνθάνετο, ὅ, τι καὶ βούλοιτο ἐπὶ τούτοις. ὁ δὲ δασμοφορίαν αὐτοῖς ἐπιθεῖναι τακτὴν διακελεύεται ἀν' ἕκαστον ἔτος ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον τελεσθησομένην, ὡς ἐν ταύτῃ γοῦν δια- B γνοῖεν κατηκόους σφᾶς εἶναι καὶ ὑποτελεῖς καὶ παντάπασι δεδουλωμένους. καὶ τοίνυν ἀνάγραπτοί γε αὐτίκα ἐγίγνοντο ἅπαντες, καὶ φόρου ἀπαγωγῇ ἐπιέζοντο· ἐξ ἐκείνου τε μέχρι καὶ νῦν οὕτω τὰς εἰσφορὰς ἄγοντες διατελοῦσι. βασιλέα δὲ Ἰουστινιανὸν ὥσπερ τι, οἶμαι, τῶν μεγίστων ἔργων μάλα ἤρεσε τὸ γεγενημένον. τοιγάρτοι ἔν τινι τῶν οἰκείων νόμων, οὓς δὴ νεαροὺς ἐπονομάζομεν, τὰς ἄλλας ἀπαριθμούμενος νίκας καὶ τοῦδε τοῦ ἔθνους ἐν τοῖς μάλιστα ἐπεμνήσθη. τὰ μὲν οὖν τῆς Τζαννικῆς ἀλαζονείας ὧδέ πως ἐτελεύτα, καὶ αὖθις ὁ Θεόδωρος ἀνὰ τὴν τῶν Λαζῶν χώραν παρὰ τοὺς στρατηγοὺς ἐπανῆκε.

γ'. Τούτων δὲ οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν πάλιν ἐν Βυζαντίῳ C ἐξαίσιόν τι σεισμοῦ χρῆμα ἐνέσκηψεν, ὡς μικροῦ ἅπασαν ἀνατετράφθαι καὶ διαῤῥυῆναι τὴν πόλιν. γέγονε μὲν γὰρ καὶ καθ' αὑτὸν μέγιστος ἡλίκος, καὶ ὁποῖος, οἶμαι, οὐπώποτε πρότερον, τῇ τε τραχύτητι τοῦ βρασμοῦ καὶ τῷ μονίμῳ τοῦ σάλου. ἔτι

7. ἂν ταύτῃ et 10. ἀπαγωγῆς sph. Par. 12. ἤρεσχεν R. 14. Pr. Nov. 1. et 38. 17. τῶν add. ex R.

pem fugam capessere. Romani vero eos ita fugientes et prae metu extra se quodammodo positos, facillime trucidarunt; et duo quidem eorum millia sunt caesa, reliqui, alius alio, sunt dissipati. Theodorus itaque, universa gente domita, Imperatori quae gesta erant nuntiavit, simulque, quid in eos statui vellet, sciscitatus est. Is certum eis tributum annuum, quod deinceps penderent, imponi iussit; ut ex eo intelligerent, se subditos et tributarios esse penitusque subactos. Confestim itaque recensus omnium est habitus, et onus inferendi tributi eis impositum, et exinde in hunc usque diem Romanis sunt vectigales. Iustiniano vero Imperatori factum hoc, tanquam ex maximis rebus gestis, valde placuit. Quocirca etiam in quadam suarum constitutionum, quas novellas appellamus, alias victorias recensens, huius etiam gentis inter primas meminit. Zannorum itaque proterva insolentia hunc habuit exitum, et Theodorus per Lazicam regionem ad praefectos exercitus rediit.

3. Non multo vero antea tempore rursus Byzantii ingens terrae motus fuit, adeo ut parum abfuerit, quin tota urbs subversa corruerit. Nam et per se maximus fuit et qualis ante, ut arbitror, nullus, cum vehementia succussionis, tum duratione agitationis; mul-

A. C. 557 δὲ αὐτὸν φρικωδέστερον ὁ καιρὸς ἀπέδειξε καὶ ἡ τῶν ἐπισυμ-
J. I. 31 βάντων ἀνάγκη. ἡνίκα γὰρ ἐκείνου τοῦ ἔτους ἡ τοῦ φθινοπώρου ἔληγεν ὥρα, ἔτι τε τὰ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων συμπόσια ἐτελεῖτο, ᾗπερ τοῖς Ῥωμαίοις νενόμισται, κρύος μὲν ἤδη ὑπῆρχεν, ὁποῖον εἶναι εἰκὸς τοῦ ἡλίου ἐπὶ τὰς τροπὰς ἐλαύνοντος τὰς χειμερίους, καὶ πρὸς τὸν αἰγοκέρωτα φερομένου· καὶ μά-
D λιστα ἐν τῷ κλίματι δήπου τῷ ὀγδόῳ καλῶς εἶχεν, ὅπερ, οἶμαι, ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου παρὰ τοῖς ταῦτα σοφοῖς ἐπικέκληται. τότε δὲ ἀμφὶ μέσην τῆς νυκτὸς φυλακὴν ὕπνῳ μὲν οἱ ἀστοὶ εἴχοντο καὶ ἠρεμίᾳ, ἐνέπεσε δὲ ἐξαπίνης τὸ δεινὸν, καὶ ἅπαντα εὐθὺς ἐκ βάθρων αὐτῶν ἐδονεῖτο· ἥ τε κίνησις βιαιότατα κατ' ἀρχὰς εἰσβαλοῦσα, ἐπὶ μεῖζον ἔτι ηὐξάνετο καὶ ἐπηυξάνετο, ὥσπερ ἐς ἐπίδοσίν τινα καὶ ὑπερβολὴν τοῦ πάθους χωροῦντος·
V. 102 οὕτω δὴ οὖν ἁπάντων ἀφυπνισθέντων, κωκυτὸς ἠκούετο πάντοθεν καὶ ὀλολυγὴ, καὶ ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἀναβοᾶσθαι αὐτομάτως ἐν τούτοις εἰωθυῖα φωνή· ἐπεὶ καὶ ἦχός τις βαρὺς καὶ ἄγριος, ὥσπερ χθονία βροντὴ, ἐκ τῆς γῆς ἀναπεμπομένη, ἐπηκολούθει τῷ κλόνῳ, καὶ ἐδιπλασίαζε τὰς ἐκπλήξεις. ὅ τε περί-
P. 146 γειος ἀὴρ ὁμίχλῃ καπνώδει οὐκ οἶδα ὅθεν ἀναχθείσῃ, κατεμελαίνετο· καὶ ἦν ἅπας ζοφερὸς καὶ οἷον γεγανωμένος. τοιγάρτοι ἀλόγῳ τινὶ τὸ ἀνθρώπειον καὶ ἀνεξετάστῳ ὑπὸ τοῦ δείματος ἐχόμενοι γνώμῃ, ὑπεξῄεσαν τῶν οἰκημάτων. καὶ αὐτίκα αἵ τε

8. διὰ τοῦ Εὐξ. π. coni. B. Vulc. male. 15. ἀναβ. αὐτ. ἐν τούτ. R., αὐτ. ἐν τ. ἀν. vulg. 20. γεγανωμένος uterque cod. et edd., Intpr. *sonorus*.

toque adhuc horribiliorem eum reddebat tempus ipsum, et eorum, quae coincidebant, necessitas. Cum enim illius anni auctumnus tum esset exactus, et iam ex Romanorum consuetudine natalitia convivia agitarentur, frigus erat quale par est esse, sole ad brumales conversiones et ad capricornum vergente, et praecipue sub octavum clima, quod ab Euxino Ponto ab illius artis peritis est appellatum. Tum vero circa mediam noctis vigiliam, civibus somno et quieti vacantibus, repente hoc malum incidit, omniaque statim ex ipsis fundamentis succutiebantur, motusque ipse, tametsi ab initio violentissimus esset, in maius tamen adhuc crescebat, veluti per incrementa ad summum tendente malo. Hoc itaque pacto omnibus e somno excitatis, ploratus omni ex parte eiulatusque audiebantur, et vox, qualis fere in eiuscemodi malis ad Deum proclamari consuevit. Siquidem et sonitus quidam gravis atque immanis veluti terrestre tonitru e terrae visceribus emissus, ipsam succussionem subsequebatur terroremque duplicabat, aërque terrae proxime circumfusus fumosa quadam nebula, nescio unde sublata, offuscabatur, totusque erat caliginosus et quodammodo turbidus. Homines itaque prae metu ac pavore extra se positi et consilii expertes, domibus suis exibant, statimque et plateae et angiportus multitudine impleban-

ἀγυιαὶ καὶ οἱ στενωποὶ ἐνεπίμπλαντο τοῦ ὁμίλου, ὥσπερ οὐχὶ καὶ ἐνταῦθα ἐνὸν, εἰ οὕτω τύχοι, διαφθαρῆναι. ξυνεχεῖς γὰρ ἁπανταχοῦ αἱ οἰκοδομίαι τῆς πόλεως καὶ ξυνημμέναι ἀλλήλαις· καὶ σπανιαίτατα ἴδοι τις ἂν χωρίον ὕπαιθρον καὶ ἀναπεπταμένον καὶ παντάπασιν ἐλεύθερον τοῦ ἐπιπροσθοῦντος. ὅμως τῷ ἄνω τὰς ὄψεις ἰθύνειν καὶ τὸν οὐρανὸν ἀμωσγέπως ἐπιθεᾶσθαι, οὕτω τε τὸ θεῖον ἱλάσκεσθαι, ταύτῃ γοῦν αὐτοῖς ἠρέμα ὑποχαλᾷν ἐδόκει τὸ δεδιὸς τῆς ψυχῆς καὶ ταραττόμενον. B καίτοι νιφετῷ ὀλίγῳ ὑπεῤῥαίνοντο, καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους ἐπιέζοντο· ἀλλ' οὐδ' ὥς ὑπωρόφιοι ἐγίγνοντο, πλὴν εἰ μὴ ὁπόσοι ἐν ἱεροῖς ἕρκεσι καταφεύγοντες ἐκαλινδοῦντο. γύναια δὲ πολλὰ, μὴ ὅτι τῶν ἠμελημένων, ἀλλ' ἤδη που καὶ τῶν ἐντιμοτάτων, ξυνηλᾶτο τοῖς ἀνδράσι καὶ ἀνεμίγνυτο· τάξις τε ἅπασα καὶ αἰδὼς καὶ ἡ τῶν γερῶν μεγαλαυχία, καὶ ὅ, τι ἐνθένδε ὑπερανέχον καὶ ἀποκεκριμένον, ἀνετετάρακτο ἐν τῷ τότε καὶ ἐπεπάτητο. οἵ τε γὰρ δοῦλοι τοὺς κεκτημένους περιεφρόνουν, καὶ τῶν ἐπιταγμάτων ἀνηκουστοῦντες ἐς τὰ ἱερὰ ξυνῄεσαν, ὑπὸ τοῦ μείζονος νικώμενοι δέους· οἵ τε ἐλάττονες πρὸς τοὺς ἐν τέλει ἐς ἰσοτιμίαν καθίσταντο, ὡς δὴ κοινοῦ ἐπιπεσόντος κινδύνου, καὶ C ἁπάντων οἰομένων οὐκ ἐς μακρὰν ἀπολεῖσθαι. συχναὶ μὲν οὖν ἐκείνης τῆς νυκτὸς οἰκίαι καταβέβληνται, καὶ μάλιστα ἐν τῷ Ῥηγίῳ, ἐπίνειον δὲ τοῦτο τῆς πόλεως· πολλά τε καὶ ἄπιστα θαύματα ξυνηνέχθη. πῆ μὲν γὰρ αἱ ὀροφαὶ, εἴτε λίθοις

A. C. 557
I. I. 31

16. οἵ γε R. pro οἵ τε. 23. θαύματα om. R. et Interpr.

tur, perinde ac si non etiam ibi, si ita usuveniret, perire possent. Continua enim omni ex parte sibique mutuo connexa sunt aedificia, aegreque uspiam locum aliquem subdium et apertum et contigui aedificii expertem conspicias: oculos tamen in altum tollendo coelumque intuendo, atque ita Deum placando, summitti sensim laxarique pavor mentisque perturbatio videbatur, ac tametsi ningore minuto perfunderentur, et algore premerentur, tamen ne ita quidem tecta subibant, nisi forte quotquot ad templa confugientes, ad aras provolvebantur. Multae vero etiam mulieres, non plebeiae sed honoratiores, viris permistae ferebantur; omnisque ordo et reverentia, et senum ob aetatem, qua aliis antecedunt, praerogativa et respectus tum temporis perturbabatur et proculcabatur; servi etiam dominos suos contemnentes dictoque obaudientes, ad aedes sacras confugiebant, maiore metu victi; nullum etiam inter plebem et magistratum erat honoris discrimen, utpote communi periculo urgente, omnibusque existimantibus se iamiam perituros. Quamplurimae itaque aedes ea nocte corruerunt, ac praecipue in Regio, (navale id urbis est,) multaque et incredibilia contigerunt. Alibi enim tecta, sive e lapidibus sive lignis constructa, a se mutuo divulsa sunt, mentiente compage fatiscentia, ita ut et aether et

A. C. 557 εἴτε ξύλοις ἐτύγχανον ἐσκευασμέναι, διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων,
I. I. 31 ἀρνησάμεναι τὴν ξυνέχειαν καὶ διαχανοῦσαι, ὡς τόν τε ἀέρα
καὶ τοὺς ἀστέρας καθάπερ ἐν ὑπαίθρῳ χωρίῳ διορᾶσθαι, καὶ
αὖθις ἀθρόον ἐς τὴν προτέραν ξυνῄεσαν ἁρμονίαν· πὴ δὲ κίο-
νες ἐν ὑπερῴῳ τινὶ δωματίῳ ἱδρυμένοι, ἀνηκοντίζοντο τῇ
D βίᾳ τοῦ βρασμοῦ, καὶ τοὺς ἐχομένους οἴκους ὑπεραλάμενοι
ἐπὶ τοὺςποῤῥωτέρω, καθάπερ διασφενδονηθέντες, ἐκ τοῦ
μετεώρου κατεφέροντο, καὶ ἅπαντα διεῤῥήγνυον· πὴ δὲ
ἄλλα ἄττα φρικωδέστερα ξυνέβαινε, γενόμενα μὲν πολλά-
κις πρότερον, καὶ ἀεὶ ἐσόμενα ἔστ' ἂν γῆ τε ᾖ καὶ φύσεως
ἁμαρτήματα, τότε δὲ κατὰ τὸ μᾶλλον ἅπαντα ἅμα συνενη-
νεγμένα. συχνοὶ δὲ ἄνθρωποι τεθνήκασι τῶν πολλῶν τε καὶ
ἠγνοημένων· τῶν γε μὴν δυνατῶν καὶ ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ
ἀναγεγραμμένων Ἀνατόλιον μόνον διαφθαρῆναι ξυνέβη, ἄν-
δρα τῇ τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρός γε τὸ
φροντίδα τίθεσθαι καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέως οἴκων τε καὶ
κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. κουράτωρας δὲ τούτους καλοῦσι
Ῥωμαῖοι. ἐκεῖνος δὴ οὖν ὁ Ἀνατόλιος ἐτύγχανε μὲν καθεύ-
P. 147 δων ἐν τῷ εἰθισμένῳ θαλάμῳ, μάρμαρον δέ τι τῶν πλησιαί-
τατα τῆς κλίνης προσπεπηγότων τῇ οἰκοδομίᾳ, καὶ εὐπρεπῶς
παρατεταμένων, ὁποῖα πολλὰ ἐς κόσμου καὶ πολυτελείας ἐπί-
δειξιν κατακολλῶσι τοῖς τοίχοις οἱ πρὸς ταῦτα δὴ τὰ περιττὰ
καὶ οὐκ ἀναγκαῖα ποικίλματα πέρα τοῦ μετρίου διακεχηνότες

2. τόν τε ἀέρα R., τὸν τότε ἀ. vulg. 11. ἅμα om. R. συνηνεγμένα edd. 14. διαφθαρῆναι R., φθαρῆναι vulg. 16. βασιλέων R. 21. παρατεταμένον R.

stellae veluti in subdivo loco per tecta conspicerentur, rursusque confestim in pristinam compagem coirent; alibi vero columnae in pergula alicuius domus positae, vi succussionis excutiebantur, proximasque domos supervectae, in remotiores aedes veluti funda ex alto emissae, omnia perfringebant; alibi vero alia nonnulla etiam horribiliora acciderunt, quae quidem frequenter antea contigerunt, semperque contingent, quamdiu et terra erit et naturae peccata; sed tum vel maxime omnia simul acciderunt. Multa quoque plebeiorum atque obscurorum hominum turba periit; potentiorum vero, quique senatorii ordinis erant, solus Anatolius periit, vir consulari dignitate clarus, quique praeterea regiarum aularum curam gerebat, eiusque facultates administrabat; curatores eos vocant Romani. Ille itaque Anatolius in consueto sibi cubiculo dormiebat, cum marmor quoddam ex iis, quae proxime toro suo aedificio ipsi infixa erant, ornateque protensa, qualia multa ornatus et magnificentiae ostentationisque causa muris adaptari solent ab iis, qui supervacaneis hisce minimeque necessariis ornamentis supra modum oblectantur: illud, inquam, marmoreum pondus, abruptum vi succussionis et loco suo

ἐκεῖνο δὴ σὺν τὸ ἄχθος ἀποῤῥαγὲν ὑπὸ τοῦ σάλου καὶ ἀφει- A. C. 557
μένον, ἐμπίπτει γε αὐτῷ ἀμφὶ τῇ κεφαλῇ καὶ κατέαξεν ἅπα- L. I. 31
σαν. καὶ ὁ μὲν εἰς τοσοῦτον μόνον ἀρκέσας ἐπὶ τῇ πληγῇ εἰς ὅσον ἀνοιμῶξαι βαρύ τι καὶ ὑποκάρδιον, πάλιν ἐπ' αὐτῆς ἔκειτο τῆς εὐνῆς, τῷ θανάτῳ πεπιλημένος.

δ'. Ἤδη δὲ ἡμέρας ἐπιφανείσης, ἀσμενέστατα ἐθεῶντο ἀλλήλους ὑπαντιάζοντες οἱ φίλτατοι καὶ ξυνήθεις, καὶ σὺν B
ὀλοφυρμῷ ἐμπλεκόμενοι ἠσπάζοντο σφᾶς ὡς ἕκαστοι, ἡδόμενοί τε ἅμα καὶ ἀπιστοῦντες. ἐπεὶ δὲ Ἀνατόλιος νεκρὸς ἐφέρετο, V. 103
καὶ ἐπὶ τὴν ταφὴν ἀπεχώρει, τότε δὴ ἔνιοι τοῦ ὁμίλου διεθρύλλουν, ὡς ἄρα ἐνδικώτατα εἴη ἀνῃρημένος, ἄδικός τε ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς καὶ πολλοὺς πολλὰ ὅσα τῶν οἰκείων ἀφῃρημένος, ὅτι τε αἱ γραπταὶ σανίδες ἐκεῖναι καὶ τὰ ῥάκη τὰ ὑποπόρφυρα ἐς τόδε αὐτῷ ἀπετελεύτησαν, ἃ δὴ πολλὰ τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλλε, τὴν εἰς βασιλέα εὔνοιαν προϊσχόμενος, καὶ ταύτῃ ἅπαντα ἐσφετερίζετο, βιαζόμενος μὲν ἀναίδην καὶ ἀναῤῥηγνὺς τὰ βουλεύματα τῶν C
ἀποιχομένων, χαίρειν δὲ πολλὰ λέγων τοῖς νόμοις, οἳ δὴ τοὺς παῖδας κληρονομεῖν ἐθέλουσι τῆς τῶν φυσάντων περιουσίας. τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς πλήθεσιν ἐψιθυρίζετο, καὶ ἐδόκει διαφανῶς ἡ αἰτία τοῦ ξυνενεχθέντος εὑρῆσθαι. ἐγὼ δὲ ἀμφὶ ταῦτα λίαν διαπορῶ, καὶ οὐκ ἔχω ἀπισχυρίσασθαι,

2. ἀμφὶ τῇ κεφ. R., ἐπὶ τῇ κ. vulg. 9. ἅμα om. R. 12. πολλοὺς πολλὰ ὅσα. Sic correxi, Intpr. *quam multis multa*, πολλὰ ὅσα R., πολλοὺς ὅσους vulg. 14. εἰς pro ἐς Par. ἀπετελεύτησεν R. 17. *impudentius* Intpr., ἀνέδην R. et vulg. 21. τοῦ ξυν. εὑρ. R., εὑρ. τοῦ ξυν. vulg.

motum, in ipsius caput corruit, totumque confregit. Atque hic quidem cum tantulum temporis plagae illi supervixisset, ut gravem quendam et ex imo pectore ductum gemitum ederet, rursus in lectulo decubuit, morte oppressus.

4. Die vero iam illucescente, libentissime amicissimi ac familiares sese mutuo conspicati sunt, obviam alii aliis facti, et cum ploratu ipsos amplexantes exosculabantur, utpote gaudentes simul et diffidentes. Cum autem Anatolii funus efferretur ac sepeliretur, tum vero quidam e turba spargebant in vulgus, eum iustissime e medio sublatum, quippe qui iniustissimus fuisset, multosque suorum amicorum spoliasset; quodque illae scriptae tabellae et subpurpurei panni hunc exitum habuissent, quos ille frequenter opulentiorum domibus imposuit, praetexens benevolentiam erga Imperatorem; eaque ratione omnia sibi corrogabat, convellens impudenter et resignans extremas mortuorum voluntates, legibus longum valere iussis, quae volunt, ut liberi parentum suorum bona haereditate cernant. Talia itaque apud vulgus susurrabantur, tantique mali causa explorata compertaque esse videbatur. Ego vero de his vehementer

A. C. 557 ὅτῳ δὴ τρόπῳ συμβαίνει. ἦ γὰρ ἂν εὐκτόν τι χρῆμα ἦν ὁ
I. I. 31 σεισμὸς καὶ πολλοῦ ἄξιος ἐπαίνου, εἴγε διακρίνειν ἠπίστατο τοὺς μοχθηροὺς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τοὺς μὲν ἀνῄρει κακῶς, τοῖς δὲ ἐσπένδετο καὶ ξυνεχώρει. καίτοι εἰ καὶ ἄδικον ὡς ἀληθῶς δοίημεν ἐκεῖνον γεγονέναι, ἀλλ' ἦσαν καὶ ἄλλοι ὡς
D πλεῖστοι ἀνὰ τὴν πόλιν παραπλήσιοι, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀδικώτεροι· πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν ἀνήρπαστο ἐξαπίνης, οἱ δὲ ἀπαθεῖς μεμενήκασιν. οὔκουν, οἶμαι, δῆλον οὐδὲ ῥᾴδιον διαγνωσθῆναι, ἀνθ' ὅτου μόνος ἐξ ἁπάντων Ἀνατόλιος ἀπεβίω· ἐπεὶ καὶ ὁ Πλάτωνος λόγος ἀθλίους κατὰ τὸ μᾶλλον εἶναί φησι καὶ κακοδαίμονας τοὺς, ὅσοι κάκιστα βιοῦντες μὴ ἐνταῦθα δίκας ἀποτίσαιεν τῶν ἡμαρτημένων, ἢ ὀλέθρῳ βιαίῳ ἢ ἄλλως πως τετιμωρημένοι, ἀλλ' οὕτως ἀπέλθοιεν καθάπερ οἱ στιγματίαι τῶν οἰκετῶν τοῖς ἀδικήμασι πεπελιδνωμένοι, καὶ τὸ μὴ ἐκκεκαθάρθαι ἀποκερδάναντες· ὥστε εἰ τοῦτο θετέον, εὐτυχέστερος ἄρα ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ πεπονθὼς τοῦ σεσωσμένου. ἀλλ' ἐκείνην μὲν προσεῖναι τὴν δόξαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων
P. 148 ψυχαῖς καὶ ἐμπεπηγέναι ὡς μάλιστα ἐατέον. ἴσως γὰρ ἂν ἔνιοι τῶν πονηρῶν, δέει γοῦν τοῦ κακῶς ἀπολεῖσθαι, μεταβάλλοιντο ἐπὶ τὰ μέτρια. εὔδηλον δὲ, ὡς οὔτε εἰ περιῇ τις

5. *δόθημεν* R. 8. *οὐκοῦν* R. 13. *οὕτως* R., *οὕτω* vulg. 15. *ἐκκεκαθάρθαι*. Sic correxi, Intpr. *repurgarentur*, *ἐκκεκάρθαι* R. et vulg. 16. *σεσωσμένου* R. et Intpr. *quam qui salvus evaserit*, *ἐσομένου* vulg. 17. *ἐκείνην* R. et Lugd. mg., *ἐκεῖνος* Lugd. 1. m., *ἐκείνω* 2. m., *ἐκείνου* edd. *προσ. τὴν δόξ.* R., *τὴν δόξ. πρ.* vulg. 18. *εὐκτέον* Par. 19. *μεταβάλλοιντο* Lugd. et ed. pr., *μεταβάλειντο* R., *μετεβάλλοντο* Par. 20. *ἄδηλον* R.

ambigo, neque possum affirmare, qua ratione contingant. Esset enim profecto terrae motus res optabilis magnaque laude digna, si nosset discernere malos a bonis, atque illos quidem male perderet, his vero parceret atque indulgeret. Atqui ut maxime hoc demus, iniustum illum fuisse, sed erant alii quamplurimi ei similes, vel potius multo iniustiores: at hic repente quidem abreptus est, alii indemnes sunt relicti. Quocirca neque clarum neque facile intellectu censuerim, cur solus ex omnibus Anatolius exstinctus fuerit; cum etiam ex Platonis sententia magis miseri infelicesque sint, quotquot pessime viventes non in hac vita poenas peccatorum luerint, vel violenta nece, vel alio aliquo modo puniti, sed ita decesserint, quemadmodum servi stigmatiae, scelerum notis infecti, priusquam illae expunctae expurgataeque fuerint. Quocirca si hoc statuendum est, felicior fuerit, qui iam punitus est, quam qui puniendus manet. Ceterum Platonis quidem sententiam hominum animis infixam esse, quam maxime exoptandum est. Fortassis enim nonnulli improbi homines, metuentes, ne male pereant, ad saniorem mentem redeant. Illud vero est manifestissimum, quod neque si quis diutissime su-

ἐπιπολὺ καὶ ἀδεῶς εὐημεροίη, ἀπόχρη τοῦτο εἰς ἀπόδειξιν A. C. 557 δικαιοσύνης, οὔτε πάντως τὸ τεθνάναι, εἰ καὶ ὠμότατα, ἔλεγ- I. I. 31 χος ἂν εἴη τοῦ πλέον ἀδίκου· ἀλλὰ τὴν ἀληθεστάτην βάσανόν τε καὶ ἀντίδοσιν τῶν ἐνταῦθα βεβιωμένων, ἥτις ποτέ ἐστιν, ἐκεῖσε ἐλθόντες εἰσόμεθα. λεγόντων μὲν οὖν περὶ τούτων ἄλλοι, τυχὸν μὲν ταῦτα τυχὸν δὲ ἕτερα, ὥσπη ἑκάστῳ ᾖ βουλομένῳ· ἐμοὶ δὲ τοῦ προτέρου λόγου μεταληπτέον.

ε΄. Τότε γὰρ καὶ ἐφεξῆς ἐπὶ πλείστας ἡμέρας κίνησις τῆς γῆς ἐγίγνετο, βραχεῖα μὲν καὶ οὐχ οἵα τὴν ἀρχὴν ἐπῆλθε, B ἱκανὴ δὲ ὅμως τὰ λειπόμενα διακυκῆσαι· τερατεῖαί τε ἐνεδήμουν εὐθὺς καὶ προαγορεύσεις παράλογοι, ὡς αὐτίκα μάλα καὶ τοῦ παντὸς κόσμου ἀπολουμένου· ἀπατεῶνες γάρ τινες καὶ οἷον θεοπρόποι αὐτόματοι περιφοιτῶντες, ἅττα ἂν ἐδόκει αὐτοῖς, ἐχρησμῴδουν, καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς πολλοὺς ἐξεδειμάτουν, τῷ ἤδη κατεπτηχέναι ῥᾳδίως ἀναπειθομένους· οὗτοί τε οἱ μαίνεσθαι εἰκῇ καὶ δαιμονᾶν ὑποκρινόμενοι, δεινότερα ἐπεφήμιζον, ὡς δὴ ὑπὸ τῶν προσπεφυκότων αὐτοῖς φασμάτων τὰ ἐσόμενα δεδιδαγμένοι, καὶ μάλα ἐπὶ τῇ κακοδαιμονίᾳ μεγαλαυχοῦντες. ἄλλοι δὲ ἀστέρων φορὰς καὶ σχήματα ἐκλογι- C ζόμενοι, μείζονας συμφορὰς καὶ κοινὴν μονονουχὶ ἀνατροπὴν τῶν πραγμάτων ἐδήλουν καὶ ὑπηνίττοντο. εἴωθε γὰρ ἐν τοῖς

10. κυνῆσαι R. 17. προσπεφυκότων R. et Intpr. *adnata sibi*, προπεφ. vulg. 21. ὑπηνίττοντο R., ὑπαινίττοντο vulg.

pervivat, et impune prospera ei omnia succedant, hoc sufficiat ad probandam ipsius iustitiam, neque si quis moriatur, et quidem atroci admodum morte, certum argumentum fuerit maioris iniustitiae; sed certissime nobis explorata cognitaque erit vitae hic actae ratio et punitio quaenam sit, quando eo pervenerimus. Sentiant igitur et dicant hisce de rebus alii quidem hoc, alii aliud, prout cuique visum fuerit; mihi vero ad ea, quae narrare coeperam, est redeundum.

5. Tum enim et per plurimos deinceps dies terrae motus est factus, exiguus quidem, neque qualis initio fuerat, sed satis validus ad ea, quae reliqua erant, disturbanda. Prodigia etiam quaedam absurdaeque praedictiones in vulgus spargebantur, tanquam mundo universo iamiam perituro. Impostores enim quidam ac veluti vates ultronei oberrabant, quae ipsis collibuisset vaticinantes, multoque magis plerosque perterrefaciebant, facile ob pavorem, quem iam conceperant, persuasos. Hi porro et furere se atque a daemone exagitari simulantes, graviora ominabantur, tanquam a spectris, quae se ipsis offerebant, futura edocti, et vehementer sua miseria gloriantes. Alii vero astrorum decursus aspectusque expendentes, maiores calamitates et communem tantum non rerum omnium subversionem interpretabantur ac denuntiabant. Solet enim istiusmodi hominum turba difficillimis

A. C. 557 δεινοῖς ἀεὶ ὁ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἑσμὸς ἀναφύεσθαι. ἐ-
I. I. 31 ψεύσατο δὲ ὅμως εὖ ποιοῦσα ἑκατέρα μαντεία. ἐχρῆν γάρ,
οἶμαι, καὶ ἀσεβείας φεύγειν γραφὴν τοὺς τὰ τοιάδε ὀνειροπο-
λοῦντας, καὶ μηδὲν ὁτιοῦν πλέον γνώσεως πέρι τῷ κρείττονι
καταλιμπάνοντας. ἀλλὰ γὰρ οὐδεὶς ὅστις ἦν ἐν τῷ τότε
μὴ λίαν δεδιὼς καὶ ἐκπεπληγμένος. λιταὶ τοιγαροῦν ἑκασταχοῦ
καὶ ᾠδαὶ ἱκετήριοι ἠκούοντο, ἁπάντων εἰς τοῦτο ἀγειρομέ-
D νων· τά τε λόγῳ μὲν ἀεὶ ἐπαινούμενα, ἔργῳ δὲ σπανιώτερον
V. 104 βεβαιούμενα, τότε δὴ προθυμότατα ἐπράττετο· δίκαιοί τε γὰρ
ἀθρόον ἀπεδείκνυντο ἅπαντες ἐς τὰ συμβόλαια τὰ πρὸς ἀλλή-
λους, ὡς καὶ τοὺς ἄρχοντας τὸ κερδαλέον ἀποβεβληκότας μετὰ
τῶν νόμων τὰς δίκας ποιεῖσθαι· τούς τε ἄλλως δυνατοὺς ἐφ'
ἑαυτῶν ἠρεμοῦντας, ὅσιά τε δρᾷν καὶ ἀπέχεσθαι τῶν αἰσχί-
στων. ἔνιοι δὲ καὶ παντάπασι τὴν δίαιταν ἐξαλλάξαντες, μο-
νήρη τινὰ καὶ ὄρειον ἠσπάσαντο βίον, καὶ τιμὰς καὶ χρή-
ματα καὶ ὁπόσα ἥδιστα παρ' ἀνθρώποις μεθέντες καὶ ἀνηνά-
μενοι. πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἱεροῖς προσήγετο δῶρα, καὶ νύκτωρ
P. 149 οἱ κράτιστοι τῶν ἀστῶν, περινοστοῦντες τὰς λεωφόρους, ἐδω-
δῇ τε ἀφθόνῳ καὶ περιβολαίοις ἐφιλοφρονοῦντο τούτους δὴ
τοὺς ἀχρείους καὶ οἰκτροτάτους, ὁποῖοι πολλοὶ τὰ σώματα
πεπηρωμένοι ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐῤῥίφαται, τὰ ἀναγκαῖα ἐρανι-

2. ὅμως add. ex R. 3. τὰ add. ex R. 9. ἐπράσσετο R. 10. εἰς Par. pro ἐς. 11. Pro μετὰ Par. κατά. 14. ἐξαλλάξαντες R., ἐναλλ. vulg. 15. καὶ τιμ. καὶ χρ. R. et Intpr., χρήμ. καὶ τιμ. vulg. 16. μεθελτόντες R. 21. ἐῤῥίφανται R.

temporibus pullulare. Utrumque vero vaticinium publico bono vanum fuit. Oportebat enim mea sententia etiam impietatis arcessere talium somniorum interpretes, nullamque ampliorem rerum futurarum cognitionem Deo relinquentes. Ceterum nemo tum temporis erat, qui non metu vehementer perculsus attonitusque esset. Quocirca vota quotidie nuncupabantur, hymnique supplices audiebantur, omnibus in unum congregatis; et quae verbis quidem semper laudantur, re autem ipsa raro confirmantur, tum utique promptissime praestabantur. Iusti enim confestim omnes in mutuis contractibus videbantur, adeo ut et principes quaestui renuntiantes, ex legum norma iudicia exercerent, et qui potentiores essent, quiete modesteque se gerentes, iusta aequaque facerent, et a turpibus factis abstinerent. Nonnulli vero, vitae instituto prorsus immutato, solitariam quandam et montanam vitam sunt amplexi, opibus et honoribus omnibusque rebus, quae hominibus solent esse gratissimae, renuntiantes ac valedicentes. Plurima etiam templis donaria offerebantur, et noctu lautiores opulentioresque cives plateas obeuntes, largo cibo et vestibus donabant egenos miserrimosque homines, qui frequentes claudi aliisque membris mutili humi iacebant, stipem mendicantes. Haec autem omnia ad certum aliquod tempus fiebant, recenti videlicet adhuc et vigente metu. Simulac vero

ζόμενοι. ταῦτα δὲ ἅπαντα ῥητῷ τινι χρόνῳ ἀνεμετρεῖτο, ἕως A. C. 557 ἔναυλον ἔτι τὸ δέος ὑπῆρχεν· ἐπεὶ δὲ λώφησίς τις καὶ ἀνακω- I. I. 31 χὴ τοῦ κινδύνου ὑπεφαίνετο, αὐτίκα οἱ πλεῖστοι ἐπανήεσαν εἰς τὰ εἰθισμένα. καλοῖτο δὲ ἂν ἡ τοιαύτη ὁρμὴ οὐ δικαιοσύνη ὡς ἀληθῶς, οὐδὲ εὐσέβεια στεῤῥά τε καὶ ἐνεργὸς, ὁποία ὑπὸ δόξης ὀρθῆς καὶ προθυμίας ἐμβριθεστάτης τῷ λογισμῷ πέφυκεν ἐντυποῦσθαι, ἀλλὰ μηχανή τις ἄτακτος καὶ οἷον ἐμπορία B σφαλερωτάτη, ἐφ' ᾧ τὸ παρὸν δῆθεν ἐκφυγεῖν καὶ παρακρούσασθαι. τῶν μὲν οὖν ἀγαθῶν ἔργων οὕτω δή τι πρὸς ἀνάγκης ἀπογευόμεθα ἔστ' ἂν τὸ δεδιέναι παρῇ.

ϛ'. Πάλιν δὲ ἐν τῷ τότε οἱ περὶ τῶν ἀναθυμιάσεων λόγοι ἐλέγοντό τε καὶ ἀντελέγοντο· καὶ ἦν πολὺς ἀνὰ τοὺς ξυλλόγους ὁ Σταγειρίτης ὀνομαζόμενος, νῦν μὲν ὡς ὀρθότατα εἴη περὶ τούτων φυσιολογήσας καὶ διαγνοὺς τὰς αἰτίας, νῦν δὲ ὡς ἥκιστα τοῦ ἀληθοῦς ἐστοχασμένος. ἔνιοι δὲ τὴν ἐκείνου βεβαιοῦν οἰόμενοι δόξαν, ὅτι δὴ πνεῦμα παχὺ καὶ καπνῶδες ὑπὸ τοὺς σήραγγας τῆς γῆς περιειργόμενον τὰς τοιάσδε ποιεῖται κινήσεις, προὐτίθεσαν ἐν τῷ λόγῳ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ Ἀνθεμίου πρότερον μεμηχανημένον. οὗτος γὰρ δὴ ὁ Ἀνθέμιος, C πατρὶς μὲν αὐτῷ ὑπῆρχεν αἱ Τράλλεις ἡ πόλις, τέχνη δὲ τὰ τῶν μηχανοποιῶν εὑρήματα, οἳ δὴ τὴν γραμμικὴν θεωρίαν ἐπὶ τὴν ὕλην κατάγοντες, μιμήματά τινα καὶ οἷον εἴδωλα τῶν ὄντων δημιουργοῦσι. γέγονε δὲ ἄριστος ἐν αὐτοῖς εἰς τὰ μά-

13. ὁ Παγειφίους R. pro ὁ Σταγ. ὀρθώτατον R. 15. δὲ R., δὴ vulg. 19. *Arthmesius* Intpr. 20. αὐτῷ add. ex R.

malum remitti ac cessare coepit, confestim plerique ad pristinos mores redierunt. Vocari autem possit talis animorum motus atque impetus non iustitia revera neque pietas, solida pariter atque efficax, qualis ex recta opinione et constantissimo studio in animis efformari solet, sed machinatio quaedam incomposita, et veluti nundinatio fallacissima, ad subterfugiendum ac propulsandum malum instituta. Bona itaque opera, ita demum necessitate cogente, degustamus, quamdiu metus premit.

6. Per id vero tempus variae rursus disceptationes de exhalationibus sunt habitae, frequensque erat Aristotelis in congressibus mentio; modo, tanquam rectissime de his disseruisset, earumque causas intellexisset; modo, tanquam a vero aberrasset. Nonnulli vero ad sententiam Aristotelis confirmandam ac stabiliendam, quod nimirum crassus et fumosus spiritus sub terrae concavitatibus conclusus eiuscemodi motus efficeret, in medium attulerunt tale quippiam antea ab Anthemio ingeniose excogitatum atque effectum. Atqui Anthemio huic patria quidem fuit urbs Tralles, ars vero inventiones machinarum fabricatoribus usitatae, qui linearem speculationem ad materiam traducentes, imitationes quasdam et veluti simulacra rerum vere existentium fabricantur. Excellens vero hac in

A. C. 557 λιστα καὶ εἰς ἄκρον ἥκων τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, καθά-
L. I. 31 που καὶ ἐν τοῖς καλουμένοις γραμματικοῖς ὁ ἀδελφὸς τούτου
Μητρόδωρος. καὶ μακαρίσαιμι ἂν ἔγωγε αὐτῶν τὴν μητέρα,
οὕτω ποικίλης παιδείας ἀνάπλεων γονὴν ἀποκυήσασαν. τούτω
τε γὰρ τὼ ἄνδρε τέτοκε, καὶ Ὀλύμπιον, νόμων τε ἀσκήσει
καὶ ἀγώνων δικαστικῶν ἐμπειρίᾳ προσεσχηκότα· καὶ πρός γε
D Διόσκορον καὶ Ἀλέξανδρον, ἄμφω ἰατρικῆς δαημονεστάτω.
τούτων δὲ Διόσκορος μὲν ἐν τῇ πατρίδι κατεβίω, τὰ ἐκ τῆς
τέχνης μάλα εὐστόχως ἐπιδεικνύμενος ἔργα· ἅτερος δὲ ἐν τῇ
πρεσβύτιδι Ῥώμῃ κατῴκησεν ἐντιμότατα μετακεκλημένος. Ἀν-
θεμίου δὲ καὶ Μητροδώρου τὸ κλέος ἁπανταχοῦ περιαγόμε-
νον, καὶ εἰς αὐτὸν ἀφῖκται τὸν βασιλέα. τοιγάρτοι μετά-
πεμπτοι ἐν Βυζαντίῳ παραγενόμενοι, καὶ αὐτοῦ τὸν λειπόμε-
νον διανύσαντες βίον, μέγιστα ἑκάτερος τῆς ἰδίας ἀρετῆς
γνωρίσματα παρεστήσατο· ὁ μὲν νέους πολλοὺς τῶν εὐπατρι-
P. 150 δῶν ἐκπαιδεύσας, καὶ τῆς παγκάλης ἐκείνης μεταδοὺς διδα-
σκαλίας, ὡς καὶ πόθον ἅπασι τὸ μέρος ἐμβαλεῖν τῆς ἀμφὶ
τοὺς λόγους ἐπιμελείας· ὁ δὲ θαυμάσια ἡλίκα δημιουργήματα
κατά τε τὴν πόλιν καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ τεκτηνάμενος, ἅπερ
οἶμαι, εἰ καὶ μηδὲν ὁτιοῦν περὶ αὐτῶν λέγοιτο, πλὴν ἀποχρή-
σει οἱ ἐς ἀείμνηστον δόξαν ἔστ' ἂν ἑστήκοι καὶ σώζοιτο. ἀλλὰ
γὰρ ὅτου ἕνεκα τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς ἐπεμνήσθην, ἐκεῖνό μοι καὶ

2. ἀδελφ. τούτ. R., ἀδελφ. ὁ τούτ. vulg. 3. et 11. Μετρόδ. edd. 4. τούτω γὰρ R. 6. προεσχ. coni. Cl. 10. ἐντιμώτατα R. 17. αὐτοῦ add. vulg. ante μέρος. 19. κατὰ om. R. in ord. et τε in mg.

arte fuit, et in mathematica scientia eximius, quemadmodum et in iis, qui Grammatici vocantur, frater ipsius Metrodorus. Et certe felicem iudicaverim ipsorum matrem, quae adeo varia eruditione refertam prolem ediderit. Duos enim hosce viros peperit, et Olympium, legum exercitatione et forensium controversiarum tractatione peritiaque clarum; praeterea Dioscorum et Alexandrum, utrumque medicae artis peritissimum. Atque ex his quidem Dioscorus in patria vixit, et praeclara edidit artis suae documenta; alter vero in veteri Roma habitavit, honorifice admodum evocatus. Anthemii autem et Metrodori gloria ac fama cum longe lateque esset propagata, ad ipsum etiam Imperatorem pervenit. Quocirca Byzantium accersiti venerunt, reliquamque vitam ibi transegerunt, maxima uterque virtutis propriae indicia sive specimina edentes; hic quidem multos iuvenes nobilium filios erudiens, et pulcherrimae illius disciplinae participes efficiens; adeo ut litterarum eloquentiaeque desiderium ac studium omnibus, quantum poterat, iniiceret: alter vero summae admirationis fabricas cum in urbe, tum aliis quamplurimis in locis conficiebat; quae, arbitror, etiamsi de iis nihil dicatur, per se ipsae sufficiunt ad perpetuam ei gloriam conciliandam, quamdiu steterint salvaeque fuerint. Ceterum, quam ob causam huius viri mentionem fecerim, id a me

δὴ αὐτίκα λελέξεται. ἀνήρ τις ἐν Βυζαντίῳ Ζήνων ὄνομα, A. C. 557
τῷ μὲν τῶν ῥητόρων καταλόγῳ ἀναγεγραμμένος, ἄλλως δὲ I. I.31
διαφανὴς καὶ βασιλεῖ γνωριμώτατος, κατῴκει ἀγχοῦ που τοῦ
Ἀνθεμίου, ὡς δοκεῖν ἑκατέρῳ ἡνῶσθαι τὼ οἴκω, καὶ ὑφ' ἑνὶ
τέρματι διαμετρεῖσθαι. προελθόντος δὲ χρόνου, ἔρις αὐτοῖς B
ἐνέπεσε καὶ δυσκολία ἢ τοῦ διοπτεύεσθαι χάριν, τυχὸν οὐ
πρότερον εἰθισμένον, ἢ νεωτέρας οἰκοδομίας πέρα τοῦ μετρίου V. 105
ἐς ὕψος ἀρθείσης καὶ τῷ φωτὶ λυμαινομένης, ἢ ἄλλου του
πέρι, ὁποῖα πολλὰ τοῖς πλησιαίτατα προσοικοῦσι διαφιλονει-
κεῖσθαι ἀνάγκη.

ζ. Τότε δὴ οὖν ὁ Ἀνθέμιος ὑπὸ τοῦ ἐναντίου ἅτε δι-
κηγόρου καταρητορευόμενος, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν τῇ δεινότητι
τῶν ῥημάτων ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιφέρεσθαι, ὁ δὲ ἐκ τῆς οἰκείας
αὐτὸν ἀντελύπησε τέχνης τρόπῳ τοιῷδε. δόμον τινὰ ὑπερῷ-
ον ὁ Ζήνων ἐκέκτητο, εὐρύν τε λίαν καὶ διαπρεπῆ καὶ περιεργό-
τατα πεποικιλμένον, ἐν ᾧ δὴ τὰ πολλὰ ἐμφιλοχωρεῖν εἰώ- C
θει καὶ ἑστιᾶν τοὺς φιλτάτους. τούτου δὲ τὰ πρὸς τῷ ἐδά-
φει ἐνδιαιτήματα τῆς Ἀνθεμίου ὄντα ἐτύγχανε μοίρας, ὡς
τὸ μεταξὺ τέγος τῷ μὲν ἐς ὀροφὴν, τῷ δὲ ἐς βάσιν παρατετά-

1. *λελέξεται* R., *λέξεται* vulg. 4. *τὼ οἴκω* Lugd. 1. m. (Cl.) et Intpr. *utrisque iuncta esse domicilia*, R. Lugd. corr. et edd. *τῷ οἴκῳ*. 8. *ἄλλου του* R., *ἄλλου του τινος* vulg. 11. *ἅτε δικηγόρου* R. et Intpr. *ut causas procurante*, *ἅτε δὴ κατηγόρου* vulg. 12. *καταῤῥητορ.* vulg. 13. *ὁ δὲ ἐκ* R., *ὁ δ' ἐκ* vulg. 14. *αὐτὸν* om. R. 15. *ἐνέκτητο* R. *διαπρεπὲς* R. 19. *τῷ — τῷ* correxi, *τὸ — τὸ* R. et vulg.

et quidem statim dicetur. Erat Byzantii vir quidam nomine Zeno, rhetorum quidem catalogo adscriptns, clarus alioquin et Imperatori notissimus. Habitabat is iuxta Anthemium, ita ut viderentur utroque domicilio uniti, et uno eodemque termino esse circumscripti. Succedente vero tempore contentio quaedam et simultas inter eos incidit, sive prospectus causa, quod fortassis antea fieri non solebat, sive quod novum aedificium nimis alte elatum lumini officeret, aut alia aliqua de causa, prout multas inter eos, qui quam proxime habitant, controversias suboriri est necesse.

7. Tum itaque Anthemius ab adversario, utpote actore et accusatore, dicendo victus, cum non posset eloquentia gravitateque verborum paria cum ipso facere, ex ea, quam norat, arte hanc illi contra molestiam rependit. Domum quandam excelsam habebat Zeno, valde amplam et pulchram et curiose admodum exornatam, in qua et ipse frequenter versari solebat et amicissimos quosque conviviis excipere. Huius vero inferiora habitacula solo proxima erant ex parte domus Anthemii, ita ut intermedium tectum, altera sui parte ad fastigium, altera ad basim protensum esset. Ibi itaque magnos lebetes aqua plenos per diversa domus spatia constituit, hos vero exterius fistulis

A. C. 557 σθαι. ἐνταῦθα δὴ οὖν λέβητας μεγάλους ὕδατος ἐμπλήσας,
I. I. 31 διακριδὸν ἔστησε πολλαχοῦ τοῦ δωματίου, αὐλοὺς δὲ αὐτοῖς ἔξωθεν σκυτίνους περιβαλὼν, κάτω μὲν εὐρυνομένους ὡς ἅπασαν τὴν στεφάνην περιβεβύσθαι· ἑξῆς δὲ καθάπερ σάλπιγγα ὑποστελλομένους, καὶ ἐς τὸ ἀναλογοῦν τελευτῶντας, ἐνέπηξε ταῖς δοκοῖς καὶ ταῖς σανίσι τὰ ἀπολήγοντα, καὶ ἐς τὸ ἀκρι-
D βὲς ἐνεπερόνησεν, ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἀπειλημμένον ἀέρα ἀφετὸν μὲν ἔχειν τὴν ἄνω φορὰν, διὰ τῆς κενότητος ἀνιόντα καὶ γυμνῇ προσψαύειν τῇ ὀροφῇ κατὰ τὸ παρεῖχον καὶ τῇ βύρσῃ περιεχόμενον, ἥκιστα δὲ ἐς τὰ ἐκτὸς διαῤῥεῖν καὶ ὑπεκφέρεσθαι. ταῦτα δὴ οὖν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς καταστησάμενος, πῦρ ἐνῆκε σφοδρὸν ὑπὸ τοὺς τῶν λεβήτων πυθμένας, καὶ φλόγα ἐξῆψε μεγάλην· αὐτίκα δὲ τοῦ ὕδατος διαθερομένου καὶ ἀνακαχλάζοντός, ἀτμὸς ἐπῆρτο πολὺς καὶ ἀνεῤῥιπίζετο παχὺς τε καὶ πεπυκνωμένος· οὐκ ἔχων δὲ ὅπῃ διαχυθείη, ἐπὶ τοὺς αὐλοὺς ἀνεῖρπε, καὶ τῇ στενότητι πιεζόμενος, βιαιότερον ἀνε-
P. 151 πέμπετο, ἕως τῇ στέγῃ προσπταίων ἐνδελεχέστατα, ἐδόνησεν ἅπασαν καὶ διέσεισεν, ὅσον ὑποτρέμειν ἠρέμα καὶ διατετριγέναι τὰ ξύλα. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα ἐταράττοντο καὶ ἐδείμαινον, καὶ ἀμφὶ τὴν λεωφόρον ἐξέπιπτον ποτνιώμενοι καὶ βοῶντες, καὶ τῷ δεινῷ καταπεπληγμένοι· φοιτῶν τε ἐκεῖνος

1. δὲ οὖν R. 6. τοῖς δόκοις R. 7. ἐνπερόνησεν R. 9. γυμ. . . . R. 13. διαθερομένου R. Lugd. et ed. pr., διαθερμαινομένου Par., *subsiliente* Intpr. Is, puto, vertere sibi videbatur διαθορουμένου, quod quidem nihili est. 14. παχὺς R. Lugd. in ord. et ed. pr., ταχὺς ex Lugd. mg. Par., *citus* Intpr. 21. τε R., δὲ vulg.

coriaceis circumdedit, inferiori quidem sui parte latioribus, ut totum lebetum ambitum obstruerent; deinde instar tubae in angustiorem formam redactas et in iustam proportionem desinentes trabibus et tabulis earum extremitates infixit, accurateque infibulavit, ita ut et aër iis fistulis conceptus, libero quidem in altum impetu ferretur, per earum cavitatem sursum tendens, et ad nudum tecti fastigium, quoad eius fieri poterat, etiam corio circumdatum pertingens, foras autem nequaquam difflueret aut erumperet. His itaque ex occulto ita dispositis, validum ignem lebetum fundis subiecit, et ingentem flammam excitavit. Statim vero fervente atque exaestuante aqua, vapor multus excitatus et in altum sublatus est, rapidus pariter et densus: cumque non haberet, qua diffunderetur, in fistulas efferebatur, angustiaque pressus, maiore vi sursum tendebat, donec in tectum assiduo impetu impingens, totum concussum commotumque fuit, adeo ut tigna sensim tremerent atque striderent. Qui vero Zenoni aderant, metu ac terrore corripiebantur, et in plateas sese proripiebant, obtestabundi et vociferantes, malique gravitate perculsi. Ille vero in regiam se conferens, notos interrogabat, quid ipsis de terrae motu

[A. C. 557] [I. L. 31] ἐν τοῖς βασιλείοις, ἀνεπυνθάνετο τῶν γνωρίμων, ὅπως αὐτοῖς τὰ τοῦ σεισμοῦ κατεφάνη, καὶ μή τι σφᾶς ὁτῳδηοῦν τρόπῳ διεδηλήσατο. τῶν δὲ „εὐφήμει" λεγόντων, „ὦ' τᾶν" καὶ „ἄπαγε", καὶ „μήποτε γένοιτο", καὶ πρός γε νεμεσώντων αὐτῷ ὡς δὴ τοιαῦτα φευκτὰ καὶ ἀπαίσια τερατευομένῳ, οὐκ εἶχεν ὅ, τι καὶ διανοηθείη. οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν ἑαυτῷ οἷός τε ἦν ἐφ' οἷς ἠπίστατο [B] ἀρτίως γεγενημένοις, καὶ διαμάχεσθαι κατῃδεῖτο ἐπιπολὺ τοσούτοις ἀνδράσι καὶ οὕτω καταμεμφομένοις.

ή. Τούτῳ δὴ οὖν πολλῷ τῷ λόγῳ ἐχρῶντο οἱ τὰς ἀναθυμιάσεις καὶ τὰ λιγνυώδη πνεύματα γένεσιν τῶν σεισμῶν ἀποκαλοῦντες. „καὶ γὰρ ὁ μηχανοποιὸς" ἔφασαν „τὴν αἰτίαν διαγνοὺς ὅθεν τὴν γῆν κινεῖσθαι συμβαίνει, παραπλήσια ἔδρασε, καὶ τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν ἀπεμιμήσατο." καὶ ἔλεγον μέν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον ᾤοντο. ἐμοὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα πιθανὰ μὲν εἶναι δοκεῖ καὶ κομψότερόν πως ἐξευρημένα, οὔπω δὲ ἐναργῆ γνωρίσματα τῶν ὡς ἀληθῶς γιγνομένων. οὐ γὰρ ὅτι τὰ κυνίδια ταῦτα δήπου τὰ Μελιταῖα ἐπὶ ταῖς στέγαις διέρποντα [C], σείουσί τε αὐτὰς καὶ ἀνακινοῦσι, καὶ ταῦτα ἐπὶ βαδίσματι κουφοτάτῳ, ἤδη που ὅμοιον φήσειεν ἄν τις εἶναι τὸ χρῆμα, καὶ τούτῳ καθάπερ ἱκανῷ παραδείγματι χρέοιτο. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν παίγνια τῆς μηχανοποιΐας, οὐ φαῦλα μέντοι οὐδὲ ἀτερπῆ νομιστέον, τῶν δὲ τῆς ὕλης ἁμαρτημάτων ἄλλα ἄττα, (εἴπερ ἄρα καὶ δεῖ,) ζητητέον τὰ αἴτια. ἐπεὶ οὐδὲ τοῦτο

2. διεδηλήσαντο R. 3. ὦ ταν R. 6. ἐφοίκῃ R. pro ἐφ' οἷς. ἐπίστατο edd. 7. ἀρτίως καὶ γεγ. R. 16. ὡς ins. ex R. 20. χρεοῖτο R. 23. δεῖ καὶ R.

visum esset, et num aliquo eos damno affecisset? Tum illis „bona verba, o amice" et „apage" et „absit" dicentibus, et praeterea succensentibus ipsi, adeo odiosa infaustaque prodigiose narranti, quid cogitaret ignorabat. Neque enim sibi ipse fidem derogare poterat de iis, quae recenter accidisse sciebat, et pudebat adversus tot viros diutius contendere, et quidem ita ipsum incusantes.

8. Hac itaque fere ratione utebantur, qui terrae motus ab exhalationibus fumosisque spiritibus gigni censent. „Nam ille machinarum fabricator", inquiebant, „cognita causa, unde terrae motus gigni contingit, similia effecit, et arte naturam est imitatus", et dixerunt quidem aliquid, non tantum tamen ac putarant. Mihi enim haec talia elegantia quidem esse videntur, sciteque adinventa, nequaquam vero evidentes eorum, quae vere fiunt, probationes. Neque enim quia catelli isti Melitenses per solaria incedentes ea et agitant et commovent, et quidem levissimo incessu, similem fere aliquis rem esse dixerit, atque hoc veluti idoneo documento utetur. Ceterum ludicrae illae machinationes nequaquam despicabiles aut inelegantes sunt censendae, defectuum vero terrae, aliae quaedam, (si modo etiam convenit,) quaerendae sunt causae. Siquidem neque hoc solum Anthemius in Ze-

A. C. 557 μόνον Ἀνθέμιος ἐπὶ Ζήνωνι ἐμηχανήσατο, ἀλλ' ἄρα ὅγε κα-
I. I. 31 τήστραψέν γε αὐτοῦ καὶ κατεβρόντησε τὸ δωμάτιον. δίσκον
D μὲν γάρ τινα ἐσόπτρου δίκην ἐσκευασμένον, καὶ ἠρέμα ὑποκοιλαινόμενον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀντερείδων ἀκτῖσιν ἐνεπίμπλα τῆς αἴγλης· καὶ εἶτα μετάγων ἐφ' ἕτερα, πολλὴν ἀθρόον αὐτῷ κατηκόντιζε λαμπηδόνα, ὡς ἁπάντων ἐφ' οὓς ἂν φέροιτο ἀμβλύνεσθαι τὰς ὄψεις καὶ σκαρδαμύττειν· συντρίψεις δέ
V. 106 τινας καὶ ἀντιτυπίας σωμάτων ἐπινοῶν βαρυηχοτάτων, κτύπους ἀπετέλει σφοδροὺς καὶ βροντώδεις, καὶ οἵους ἐκπλῆξαι τὴν αἴσθησιν, ὡς ἐκεῖνον μόλις γοῦν διαγνόντα ὅθεν ἕκαστα γίγνεται, προκαλινδεῖσθαι ἀναφανδὸν ἀμφὶ τὼ πόδε τοῦ βασιλέως, καὶ κατηγορεῖν τοῦ γείτονος, ὡς κακοῦ καὶ ἀδικωτάτου· ὥστε ἀμέλει καὶ χαρίεν τι ὑπ' ὀργῆς ἐπεφθέγγετο. ποιητικὰ γὰρ παρῴδει ῥημάτια καὶ ἀνεβόα ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς ὥσπερ εἰρωνευόμενος, ὡς οὐχ οἷόν τε αὐτῷ μόνῳ γε ὄντι ἀνθρώπῳ κατὰ ταὐτὸν ἅμα πρός τε Δία τὸν ἀστερο-
P 152 πητὴν καὶ ἐριγδουπον, καὶ πρός γε Ποσειδῶνα τὸν ἐννοσίγαιον διαμάχεσθαι. καλὰ μὲν οὖν τῆσδε τῆς τέχνης καὶ αὐτὰ δήπου τὰ ἀθύρματα· οὐ μὴν ἀνάγκη τὴν φύσιν ἕπεσθαι τούτοις καὶ ἐξισοῦσθαι. πλὴν ἀλλ' ἕκαστος μὲν ἐχέσθω καὶ τῶνδε πέρι ὁποίας ἂν καὶ βούλοιτο γνώμης· ἐμοὶ δὲ ἐς τὸν πρότερον λόγον ἐπανιτέα.

4. ἀντερείδων add. ex R. et Intpr. *solis oppositum radiis.* 11. τὰ πόδε R. 17. Ποσειδῶνα om. R. et Intpr., qui vertit inepte: *et terram ipsam concutientem.* ἐννοσίγαιον R., ἐνοσίγ. vulg. 21. ὁποίαν — γνώμην R.

nonem machinatus est, sed et fulgura et tonitrua in domum torsit. Discum enim in speculi speciem comparatum modiceque excavatum radiisque solis oppositum splendore implebat; ac deinde aliorsum transferens, ingentem confestim in domum eiaculabatur splendorem, adeo ut omnium, in quos ferebatur, obtutum perstringeret atque obtunderet. Corporum etiam quorundam, quae valde essent sonora, collisiones complosionesque excogitans, immanes quosdam et tonitruo similes fragores edebat percellendo sensui aptos; adeo ut Zeno, cum aegre tandem intellexisset, unde singula fierent, palam ad pedes Imperatoris provolutus, vicinum accusarit ut improbum et sceleratum: adeo ut et gratiosum quoddam atque elegans dictum ira ipsi excusserit. Poëticis enim quibusdam verbis alludens coram senatu proclamabat, veluti per ironiam et cavillum: se, homo cum esset, non posse adversus utrumque pariter, Iovem fulminatorem et gravitonantem, et adversus Neptunum terrae concussorem pugnare. Pulchra quidem igitur sunt huiusce artis effecta, quantumvis ludicra; necesse tamen non est, naturam haec sequi iisque exaequari. Ceterum de his rebus quam quisque voluerit sententiam teneat; mihi vero ad priorem narrationem est redeundum.

9. Ἐκείνου μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖσδε ἡ πόλις A.C. 557 ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ ἅπασιν ἐπὶ πλείστας ἡμέρας σείεσθαί πως L. I. 31 ἐδόκει τὸ ἔδαφος, καὶ ταῦτα ἀτρεμοῦν ἤδη καὶ πεπαυμένον. ἔναυλον γὰρ ταῖς ψυχαῖς ὑπῆρχε τὸ πάθος, καὶ ὑποψία ἐνέκειτο ὑποθολοῦσα τὸ λογιζόμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς πολλὰ τῶν οἰκοδομημάτων τὰ μὲν σαθρὰ καὶ ἀσθενῆ γεγενημένα, ἔνια B δὲ ἤδη καὶ καταπεπτωκότα, ἐπανορθοῦν ἐπειρᾶτο. ἐπεφρόντιστο δέ οἱ ἐς τὰ μάλιστα ὁ μέγιστος τοῦ Θεοῦ νεώς· τοῦτον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, σφόδρα περιοφανῆ καὶ θαυμάσιον ἠλίκον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων ἀνεδομήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῇ καὶ σχήματος εὐπρεπείᾳ καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας· ἤρεψε δὲ αὐτὸν ἐκ πλίνθου ὀπτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας, ξύλοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μηκέτι εὐκολώτατα πυρπολοῖτο. Ἀνθέμιος δὲ ἦν οὗτος ἐκεῖνος, οὗ δὴ ἀρτίως ἐπεμνήσθην, ὁ ἕκαστα μηχανησάμενος καὶ δημιουργήσας. τότε δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς καὶ ἅπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα, ἐπεσκεύασέ τε αὖθις C ὁ βασιλεὺς βεβαιότερον, καὶ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε· καίτοι Ἀνθέμιος μὲν ἐκπλείστου ἐτεθνήκει, Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαντες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῖόν τε ἦν καὶ

7. ἤδη καὶ R., καὶ ἤδη vulg. ἐπέων φρόντιστο R. pro ἐπεφρ.
14. μηκέτι R. et Intpr. *ne de cetero* etc., μὴ vulg.

9. Per hanc enim hiemem hisce malis civitas premebatur, incolisque omnibus per multos dies concuti adhuc pavimentum videbatur, tametsi quietum iam sedatumque esset. Insederat enim hominum animis hoc malum, et suspicio in eis radices egerat, ratiocinationi tenebras offundens. Imperator vero multa aedificia, quae partim vitium fecerant, partim iam corruerant, instaurare adnitebatur. Praecipuae autem curae ipsi erat augustissimum illud Dei templum. Hoc vero antea a plebe succensum, valde conspicuum atque admirandum ab ipsis fundamentis iterato exstruxerat, magnitudinisque excellentia et formae decore et varietate metallorum ornatius reddens; cinxit vero id ipsum ex latere cocto et calce, quae passim ferro inter se colligarat, lignis nequaquam usus, ne facillime conflagraret. Anthemius vero hic ipse erat, cuius paulo ante mentionem feci, qui singula et artificiose excogitabat et exstruxerat. Tum vero mediam maxime ipsius tecti partem collapsam, quaeque altitudine omnia, quae corruerant, superabat, Imperator firmiorem reddidit, et in maiorem altitudinem sustulit. Atque Anthemius quidem iam dudum obierat. Isidorus autem iunior aliique fabricarum structores priorem in semetipsis formam contemplantes, et ex eo, quod integrum manserat, id quod affectum erat quale esset, quidque vitii habuisset cognoscentes,

A. C. 557 ὃς ὅ, τι δήπου ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν ἑῴαν τε I. I. 31 καὶ ἑσπερίαν ἀψῖδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἐφῆκαν· τῆς δὲ ἀρκτῴας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον παρατείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἠρέμα ποιησάμενοι ὡς μᾶλλον ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συννενευκέναι, καὶ D ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευρον ἁρμονίαν, περιστεῖλαι ταύτῃ δεδύνηνται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα, οὕτω τε ἐπ' αὐτῶν ἥδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέχοντα, εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὁτῳδηοῦν ὀνόματι παρ' αὐτοῖς ἐπικεκλημένον. καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος μὲν καὶ εὐεπίστροφος, καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενώτερος δὲ καὶ ὀξυτενής, καὶ οἷος οὐχ οὕτω λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. ὧν μὲν οὖν ἔδει ἐν ξυγγραφῇ τοῦ νεὼ P. 153 πέρι ἐπιμνησθῆναι, καὶ ἐφ' ἃ ἡ τοῦ λόγου φορὰ ἵκετο ἀκολούθως περιαγομένη, ταῦτα ἔμοιγε ἀποχρώντως ἐκδεδιήγηται. ἐγκωμιάζειν γὰρ ἕκαστα τῶν τοῦδε θαυμάτων καὶ ἐπιδεικνύειν τῷ λόγῳ, περιττὸν ἂν εἴη καὶ οὐ τοῦ παρόντος ἴδιον ἔργον. εἰ δέ τις ἐθέλοι πόῤῥω που τυχὸν τῆς πόλεως ἀπῳκισμένος ἔπειτα γιγνώσκειν σαφῶς ἅπαντα, καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ τοῦ Κύρου τοῦ Φλώρου

9. αὐτῶν R. et Intpr. *his — aedificatis desuper*, αὐτῷ vulg. ἥδρασαν emend. Cl., ἤδρασαν R. et vulg. 10. ὁτῳδηοῦν τῷ R. 13. στενότερος R. et vulg. δὲ om. R. 19. περισσομένη R. 22. τοῦ ante Κύρου add. ex R. Φλόρου R., Φόρου Lugd. et ed. pr.

fornicem orientalem et occidentalem suo ut erat loco reliquerunt, septentrionali vero et australi, quae super curvaturam erat structuram, introrsum porrigentes, pauloque latiorem efficientes, ut quam aptissime cum aliis quadraret, aequilateramque compagem prae se ferret, eaque ratione vacuitatis nimietatem coarctare possent, et exiguam aliquam extensionis partem detrahere, in quantum diversae longitudinis figura efficeretur. Atque ita desuper firmarunt, qui in medio est positus, sive orbem, sive hemisphaerium, sive alio quocunque nomine ab ipsis appellatur. Factusque inde est verisimiliter directior quidem facileque versatilis, omnique ex parte ad amussim quadrans; angustior vero et in acutum tendens, quique non ita valde percellat spectatores, ut olim, multo vero tutius obfirmatus. Quorum itaque oportebat in historia de templo meminisse, et ad quae ipsa narrationis series consectaneae circumacta pervenerit, ea mihi abunde satis sunt explicata. Laudare enim singula, quae in eo sunt admiranda, et oratione persequi, supervacaneum fuerit, neque huius operis proprium. Si quis autem voluerit procul fortassis ab urbe degens aperte cognoscere omnia, veluti praesens et spectans, perlegat quae Paulus Cyri

ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὅς δὴ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς A. C. 557 ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος I. I. 31 δόξῃ καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως V. 107 παιδεία γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο· καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ηὔχει καὶ ἐσεμνύνετο. καὶ τοίνυν πεποίηταί οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνου, B δοκεῖ δέ μοι τὰ ἐπὶ τῷ νεῷ εἰρημένα μείζονός τε πόνου καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεα καθεστάναι, ὅσῳ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυμασιωτέρα. εὑρήσεις γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς τὴν ὅλην τῆς θέσεως εὐκοσμίαν, καὶ τὰς τῶν μετάλλων φύσεις λεπτότατα κατεξητασμένας, τῶν τε προτεμενισμάτων τὸ εὐπρεπὲς ἅμα καὶ ἀναγκαῖον, μεγέθη τε καὶ ὑψώματα, καὶ ὅσα ἰθύγραμμα σχήματα καὶ ὅσα κυκλικά, καὶ ὅσα ἐκκρεμῆ καὶ προτεταμένα. γνοίης δὲ ἂν ἐκ τῶν ἐπῶν καὶ ὅπως ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ τὸ ἱερώτερον χωρίον καὶ τοῖς ἀπορρήτοις ἀποκεκριμένον, πολυτελέστατα καταπεποίκιλται, καὶ εἴ τι ἄλλο πρόσεστι μέγα ἢ ἐλάχιστον γνώρισμα, οὐ μεῖον ἢ οἱ θαμὰ ἐν αὐτῷ περιπάτους C ποιούμενοι καὶ ἅπαντα διασκοποῦντες. ἀλλὰ γὰρ ἥδε μὲν ἡ δευτέρα τοῦ νεὼ ἐπισκευὴ καὶ ἀνόρθωσις ὀλίγῳ ὕστερον χρόνῳ ἀπείργασται καὶ ξυνετελέσθη.

ι. Ἐκείνου δὲ τοῦ ἔτους ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ ἡ λοιμώδης νόσος αὖθις τῇ πόλει ἐνέπεσε, καὶ μυρία διέφθειρε πλή- A. C. 558 I. I. 32

1. τοῖς ἀμφὶ R., τοῖς τῆς ἀμφὶ vulg. 4. παιδία R. 7. δέ μοι R., μοι δὲ vulg.

Flori filius hexametris versibus conscripsit, qui quidem primicerius exsistens regiorum silentiariorum, et generis gloria clarus, amplissimasque a maioribus suis opes adeptus, doctrinae tamen eloquentiaeque magnam operam impenderat, quibus et magis gloriabatur et decorabatur. Scripsit itaque etiam alia quamplurima poëmata memoratu digna et laude. Videntur autem mihi quae de templo scripsit, tanto maiore et labore et scientia referta, quanto et argumentum ipsum est admirabilius. Comperies enim in iis universum situs concinnaeque dispositionis ordinem et metallorum naturas subtilissime exploratas; vestibulorum etiam templi elegantiam pariter et utilitatem, magnitudines quoque et altitudines, quotquot etiam sunt figurae in altum directae, et quotquot orbiculares, quotquot etiam pensiles et protensae. Cognoveris quoque e carminibus, quo pacto argento pariter atque auro sacratior locus et mysteriis separatim destinatus sumptuosissime sit exornatus, et si quod est aliud magnum aut minimum ornamentum, nihilo minus, quam qui crebro in eo obambulant omniaque inspectant. Atqui secunda haec templi refectio atque instauratio brevi post tempore instituta perfectaque est.

10. Eodem vero anno statim ineunte vere pestilentia iterum urbem invasit, et infinitam multitudinem sustulit; quae quidem nun-

A. C. 558 θη, λήξασα μὲν ἐς τὸ παντελὲς οὐδ' ὁπωστιοῦν, ἐξ οὗ δὴ
I. I. 32 τὴν ἀρχὴν, φημὶ δὴ κατὰ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ
βασιλείας, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς εἰσῄῤῥησεν οἰκουμένῃ. μεταβᾶσα
δὲ πολλάκις μεταξὺ ἄλλοτε ἄλλοθι, καὶ τόπον ἐκ τόπου λυ-
D μηναμένη, καὶ ταύτῃ τοῖς λειπομένοις ἀνακωχῆς τινος μετα-
δοῦσα, τότε δὴ οὖν πάλιν ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανῆκεν, ὥσπερ,
οἶμαι, τὸ πρότερον ἐξηπατημένη, καὶ θᾶττον δήπου τοῦ
δέοντος ἐνθένδε ἀπαλλαγεῖσα. ἔθνησκον τοιγαροῦν πολλοὶ ἐξ-
απιναίως καθάπερ ἀποπληξίᾳ ἰσχυρᾷ κάτοχοι γεγενημένοι· οἱ
δέ γε πλεῖστον διαρκοῦντες μόλις πεμπταῖοι ἀπώλλυντο. ἦν
δὲ τῆς νόσου ἰδέα παραπλησία τῇ πρεσβυτέρᾳ ἐτύγχανεν οὖσα.
πυρετοὶ γὰρ ἐπὶ βουβῶσιν ἀνήπτοντο συνεχεῖς καὶ οὐκ ἐφή-
μεροι, οὐδὲ μετρίως γοῦν ὑποχαλῶντες, μόνῃ δὲ τῇ τελευτῇ
τοῦ ἁλόντος ἀποπαυόμενοι. ἔνιοι δὲ μήτε θέρμης ἡγησαμένης,
μήτε ἄλλου ἀλγήματος, ἀλλὰ δρῶντες ἔτι τὰ εἰθισμένα, οἴ-
P. 154 κοι τε καὶ ἀνὰ τὰς λεωφόρους οὕτω παρασχὸν κατέπιπτον,
καὶ ἀθρόον ἄπνοι ἐγίγνοντο, ὥσπερ τὸν θάνατον σχεδιάσαν-
τες· καὶ ἅπασα μὲν ἡλικία χύδην ἐφθείρετο, μάλιστα δὲ τὸ
ἀκμάζον τε καὶ ἡβάσκον, καὶ ἐν τούτῳ πλέον οἱ ἄῤῥενες· τὸ
γὰρ δὴ θῆλυ οὐ μάλα ὅμοια ἔπασχε. τὰ μὲν οὖν παλαίτατα
τῶν Αἰγυπτίων λόγια, καὶ οἱ παρὰ Πέρσαις ἔτι τῆς τῶν με-
τεώρων κινήσεως δαημονέστατοι, χρόνων τινῶν περιόδους ἐν

1. δὴ om. R. 6. πάλιν ἐς τ. Β. R., ἐς τ. Β. πάλ. vulg. 8. πολλοὶ add. ex R. et Intpr. *quam multi*, 9. ἰσχυρᾷ — παραπλησία om. R. 13. τελευτῇ excidit in Par.

quam penitus cessarat, ex quo primum, circa quintum, inquam, imperii Iustinianei annum, in nostrum orbem irrepserat; frequenter vero alio atque alio se transferens, et locum e loco infestans, atque ita reliquis veluti inducias quasdam concedens, tum rursus Byzantium rediit, veluti antea, uti crediderim, decepta, quaeque citius, quam oportebat, inde migrasset. Mortui itaque sunt repente veluti gravi quadam apoplexia correpti. Qui vero plurimum vim morbi sustinebant, ultra quintum diem non supervivebant. Morbi autem species veteri erat persimilis. Febres enim cum bubonibus accendebantur continuae, et non quotidianae, neque vel modicum remittentes, sed solo eius, quem corripuerant, interitu cessantes. Nonnulli vero neque aestu febrili, neque alio dolore praecedente, sed quae consueverant agentes et domi et in plateis, ita cogente necessitate corruebant, repente exanimes facti, veluti ex temporaria morte accersita. Cuiusvis itaque aetatis homines promiscue interibant, praecipue vero iuvenes ac puberes, atque ex his potissimum mares: feminae enim non perinde hisce malis erant obnoxiae. Vetustissima itaque Aegyptiorum oracula, et qui apud Persas coelestium motuum

τῷ ἀπείρῳ αἰῶνι συμφέρεσθαί λέγουσι· νῦν μὲν ἀγαθὰς καὶ A. C. 558
εὐδαίμονας, νῦν δὲ μοχθηρὰς καὶ ἀποφράδας, εἶναί τε τὴν I. I. 32
παροῦσαν περιφορὰν ἐκ τῶν κακίστων ἐκείνων καὶ ἀπαισίων·
ἐντεῦθεν τοιγαροῦν πολέμους τε ἁπανταχοῦ ξυνίστασθαι καὶ B
στάσεις ταῖς πόλεσι, καὶ τὰ λοιμώδη πάθη μόνιμά τε εἶναι καὶ συνημμένα. ἕτεροι δὲ ὀργὴν τοῦ κρείττονος αἰτίαν εἶναί φασι τῆς φθορᾶς, μετιοῦσαν ἀξίως τὰ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἀδικήματα, καὶ τὸ πλῆθος ὑποτεμνομένην. ἐμοὶ δὲ διαιτᾶν ἑκατέρᾳ δόξῃ καὶ ἀποφαίνεσθαι τὴν ἀληθεστάτην οὐκ ἐγχειρητέα, τυχὸν μὲν οὐδὲ ἐπισταμένῳ, τυχὸν δὲ, εἰ καὶ εἰδείην, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον τοῦτό γε εἶναι δοκοῦν, οὐδὲ τῷ παρόντι λόγῳ προσῆκον· μόνου γάρ μοι τοῦ συμβεβηκότος εἰ καὶ διὰ βραχέων ἐπιμνησθέντι, ὁ τῆς ἱστορίας ἐκτεθεράπευται νόμος.

ιαʹ. Τούτων δὲ οὕτω ξυνενεχθέντων, ἐπεγένετο καὶ ἄλλα
ἄττα τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ταραχῆς τε καὶ θορύ- C
βου ἀνάμεστα, καὶ οὐχ ἧσσον τῶν εἰρημένων ανιαρότατα. ὁποῖα δὲ ταῦτά ἐστιν, αὐτίκα ἐρῶ, βραχύ τι πρότερον διεξελθὼν τῶν ἀρχαιοτέρων. οἱ Οὖννοι τὸ γένος, τὸ μὲν παλαιὸν κατῴκουν τῆς Μαιώτιδος λίμνης τὰ πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον,
καὶ ἦσαν τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἀρκτικώτεροι, καθάπερ καὶ V. 108
τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη, ὁπόσα ἐντὸς Ἰμαίου ὄρους ἀνὰ τὴν

1. ἀγαθὰς R., ἀγαθοὺς vulg. 2. μοχθηρὰς R., μοχθηροὺς vulg. 10. εἰ om. R. 11. οὐκ superscriptum in R. a rec. m. 17. ἀνιαρώτατα R. 22. Ἰμαίου R.

sunt peritissimi, temporum quorundam revolutiones in infinito aevo simul ferri asserunt, modo quidem bonas ac felices, modo autem pravas et infaustas: esse vero praesentem revolutionem ex pessimis illis atque infaustis. Hinc ergo et bella passim et seditiones urbibus oriri atque invalescere, et pestilentes morbos per multum tempus durare atque adhaerescere. Alii vero interitus causam ad divinam iram referunt, quae humani generis peccata puniat, multitudinemque succidat. Me vero de utraque opinione iudicare verioremque decernere nihil attinet, vel quod nesciam fortasse, vel, etiamsi forte sciam, parum tamen necessarium id censeam, neque praesenti tractationi consentaneum. Si enim breviter quae acciderunt commemoravi, historiae legi satisfeci.

11. Haec vero cum ita accidissent, alia etiam quaedam per id tempus in urbe evenerunt tumultus ac perturbationis plena, neque minus, quam quae diximus, acerba. Qualia autem haec fuerint, statim dicam, si prius breviter vetustiora quaedam commemoravero. Hunnorum gens olim quidem habitavit circa eam Maeotidis paludis partem, quae subsolanum ventum versus spectat, erantque Tanai flumine magis septentrionales; quemadmodum et aliae barbarae nationes, quotquot intra Imaum montem in Asia consederunt. Hi vero omnes

A. C. 558 Ἀσίαν ἐτύγχανον ἱδρυμένα. οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύ-
L. I. 32 θαι καὶ Οὖννοι ἐπωνομάζοντο· ἰδίᾳ δὲ κατὰ γένη, τὸ μέν τι
αὐτῶν Κοτρίγουροι, τὸ δὲ Οὐτίγουροι, ἄλλοι δὲ Οὐλτίζουροι,
D καὶ ἄλλοι Βουρούγουνδοι· καὶ ἄλλοι ὡς ἂν αὐτοῖς πάτριόν τε
ἦν καὶ εἰθισμένον. γενεαῖς δὲ πολλαῖς ὕστερον διέβησαν ἐς τὴν
Εὐρώπην, εἴτε ὡς ἀληθῶς ἐλάφου τινὸς κατὰ τοῦτο δὴ τὸ
θρυλλούμενον ταπρῶτα ἡγησαμένης, εἴτε καὶ ἀλλοίᾳ χρησά-
μενοι τύχῃ, καὶ τὴν ἐκροὴν τῆς λίμνης τὴν ἐς τὸν Εὔξεινον
Πόντον φερομένην, ἄπορον τέως δοκοῦσαν, τότε δὴ ὁτῳοῦν
τρόπῳ διαπεραιωθέντες, ἀλώμενοι δὲ ὅμως ἀνὰ τὴν ὀθνείαν,
πλεῖστα ὅσα τὸ ἰθαγενὲς ἐλυμήναντο, ἀπροσδόκητα προσπε-
σόντες, ὡς καὶ, τοὺς προτέρους οἰκήτορας ἀπελάσαντες, αὐτοὶ
τὴν ἐκείνων κατέχειν. ἤμελλον δὲ ἄρα οὐκ ἐπὶ μακρότατον
διαμένειν, ἀλλὰ πρόῤῥιζοι τὸ λεγόμενον ἀπολεῖσθαι. αὐτίκα
P. 155 γοῦν Οὐλτίζουροί τε καὶ Βουρούγουνδοι μέχρι μὲν Λέοντος
τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τῶν ἐν τῷ τότε Ῥωμαίων γνώριμοί τε
ὑπῆρχον καὶ ἄλκιμοι εἶναι ἐδόκουν· ἡμεῖς δὲ οἱ νῦν οὔτε ἴσμεν
αὐτοὺς, οὔτε, οἶμαι, εἰσόμεθα, τυχὸν μὲν διαφθαρέντας, τυχὸν
δὲ ὡς ποῤῥωτάτω μεταναστάντας. ἐκείνου γε μὴν τοῦ ἔτους,
ἐν ᾧ δὴ ἔφην τὴν λοιμώδη νόσον τῇ πόλει ἐνσκῆψαι, τὰ λοιπὰ
τῶν Οὔννων γένη ἐσώζετο, καὶ ἦσαν ἔτι ὀνομαστότατα. κα-

3. Κοτρίγουροι et Οὐτίγουροι R., Κοτρίγοροι et Οὐτίγοροι vulg. 8. τῆς om. R. 9. οὖν ins. R. post δὴ, fort. οὖν ὁτῳδή. 15. Οὐλτίνζουροι R. et vulg., *Ultizuri* Intpr. 18. οἶμαι add. ex R. διαφθαρέντες et μεταναστάντες R. 21. ἐσώζετο R., ἐσώζοντο vulg.

communiter quidem Scythae et Hunni vocabantur; privatim autem secundum nationes, nonnulli eorum Cotriguri, alii Utiguri, alii vero Ultizuri, alii etiam Burugundi dicebantur, alii aliter ex patria cuique atque usitata appellatione nominabantur. Multis autem postea seculis transierunt in Europam; sive revera a cervo quodam, ut fama percrebuit, primum ducti, sive alia quapiam fortuna usi, et Moeotidem paludem, qua parte in Euxinum pontum fertur, cum antea traiici nequaquam posse crederetur, tunc certe quocunque tandem modo traiicientes, et per aliena vagantes, innumeris damnis indigenas affecerunt, inopinato eos adorti; adeo ut, prioribus habitatoribus eiectis, ipsi illorum ditionem occuparint, in qua tamen non videbantur diutissime commoraturi, sed stirpitus, quod aiunt, perituri. Tunc itaque Ultizuri et Burugundi usque ad Leonem Imperatorem et qui per id tempus erant Romanos, celebres exstitere, fortesque sunt habiti: nos vero, qui hac aetate vivimus, neque eos novimus, neque noscemus, quod vel deleti fortasse sint, vel quam remotissime hinc sedes suas transtulerint. Illo utique anno, quo pestilentia urbem invasit, reliquae Hunnorum gentes salvae adhuc et maximi erant nominis. Cum itaque descendissent Hunni in loca ad austrum vergentia, non pro-

τιόντες δὲ ὅμως οἱ Οὖννοι ἐς τὰ πρὸς νότον ἄνεμον, οὐ πόῤῥω τῆς ὄχθης τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ ηὐλίζοντο, ἡνίκα ἦν αὐτοῖς βουλομένοις. A. C. 558 I. I. 32 τότε δὴ οὖν τοῦ χειμῶνος ἐπιλαβομένου, τὰ μὲν ῥεῖθρα τοῦδε τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὸ εἰωθὸς ὑπὸ τοῦ κρύους ἐπήγνυτο ἐς βάθος, καὶ ἦσαν ἤδη σκληρὰ καὶ βάσιμα καὶ ἱππήλατα. Ζαβεργὰν δὲ ὁ τῶν Κοτριγούρων Οὔννων ἡγεμὼν B σὺν πλείστοις ὅσοις ἱππόταις ἐπιδραμὼν καθάπερ χέρσον τὰς δίνας, ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν εὐκολώτατα διαβαίνει· ἔρημά τε εὑρὼν τὰ ἐκείνῃ χωρία, καὶ μηδενὸς αὐτῷ κωλύματος γιγνομένου ἀνὰ τὰ πρόσω πορευομένῳ, αὐτίκα ὅγε Μυσίαν τε καὶ Σκυθίαν παραμειψάμενος, τῇ Θρᾴκῃ προσέβαλεν. ἐνταῦθα δὲ διελὼν τὸν οἰκεῖον στρατὸν, ἀπόμοιραν μέν τινα ἔστειλεν ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, καταδραμουμένους τὰ ἀφύλακτα τῶν τῇδε χωρίων καὶ ληλατήσοντας· ἑτέρους δὲ ἐς τὴν Χεῤῥόνησον τὴν Θρᾳκίαν.

ιβ. Τῆσδε δὲ τῆς Χεῤῥονήσου τὰ μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον νενευκότα καὶ εὐρόνοτον ἄνεμον, καὶ μέχρι τοῦ με- C σημβρινοῦ κέντρου τῷ Ἑλλησπόντῳ παρατείνεται. περιῤῥεῖ γὰρ σχεδόν τι ἅπασαν, καὶ ταῖς καμπαῖς τῶν ἠϊόνων συμπεριάγεται βραχεῖ τινι μέρει τῆς ἠπείρου, καὶ μόνοις τεσσαράκοντά που σταδίοις εἰργόμενος τοῦ νῆσον αὐτὴν ἀπεργάσασθαι. ἐν τούτῳ δὲ τῷ ἰσθμῷ τεῖχος ἐκταδὸν ἵδρυται

4. τοῦδε add. ex R. et Intpr. *huius fluminis.* 6. Ζαβεργὰν R. in mg. et Intpr., Ζαβερνὰν R. in ord., Ζαμεργὰν vulg. 11. προσέβαλλεν R. 14. Pro χωρίων R. in mg. πεδίων. 15. Τραχίαν sph. Par. 16. τῆς del. R. 2. m.

cul a ripa Istri fluminis ex animi sui sententia consederunt. Tum itaque vigente hieme fluvius ex more vi frigoris congelatus, ad imum usque vadum ita obduruerat, ut et pedestribus et equestribus copiis transiri posset. Zabergan vero Hunnorum, qui Cotriguri dicuntur, dux, cum ingentem equitatum per flumen perinde atque per continentem traduxisset, facillime in Romanum imperium pervenit, cumque passim vacua ab habitatoribus loca invenisset, nihilque ipsi impedimento esset, quominus ad ulteriora progrederetur, statim Mysiam et Scythiam transgressus, in Thraciam irrupit. Ibi vero diviso exercitu, alteram eius partem in Graeciam misit, qui loca omnia nullis praesidiis munita percurreret atque vastaret: alteram vero exercitus partem in Chersonesum Thracicam misit.

12. Huius autem Chersonesi quae ad orientem solem et euronotum ventum vergunt, et ad meridianum usque punctum circa Hellespontum porrigitur; circumfluit enim totam propemodum, et flexibus littorum una circumagitur, exigua quadam continentis portione, hoc est solis quadraginta stadiis, exclusus, quominus insulam faciat. In hac vero isthmi angustia murus in longum continue

A. C. 567 μόνον Ἀνθέμιος ἐπὶ Ζήνωνι ἐμηχανήσατο, ἀλλ' ἄρα ὅγε κα-
I. L. 31 τήστραψέν γε αὐτοῦ καὶ κατεβρόντησε τὸ δωμάτιον. δίσκον
D μὲν γάρ τινα ἐσόπτρου δίκην ἐσκευασμένον, καὶ ἠρέμα ὑπο-
κοιλαινόμενον ταῖς τοῦ ἡλίου ἀντερείδων ἀκτῖσιν ἐνεπίμπλα
τῆς αἴγλης· καὶ εἶτα μετάγων ἐφ' ἕτερα, πολλὴν ἀθρόον αὐ-
τῷ κατηκόντιζε λαμπηδόνα, ὡς ἁπάντων ἐφ' οὓς ἂν φέροιτο
ἀμβλύνεσθαι τὰς ὄψεις καὶ σκαρδαμύττειν· συντρίψεις δὲ
V. 106 τινας καὶ ἀντιτυπίας σωμάτων ἐπινοῶν βαρυηχοτάτων, κτύ-
πους ἀπετέλει σφοδροὺς καὶ βροντώδεις, καὶ οἵους ἐκπλῆξαι
τὴν αἴσθησιν, ὡς ἐκεῖνον μόλις γοῦν διαγνόντα ὅθεν ἕκαστα
γίγνεται, προκαλινδεῖσθαι ἀναφανδὸν ἀμφὶ τὼ πόδε τοῦ βα-
σιλέως, καὶ κατηγορεῖν τοῦ γείτονος, ὡς κακοῦ καὶ ἀδικωτά-
του· ὥστε ἀμέλει καὶ χαρίεν τι ὑπ' ὀργῆς ἐπεφθέγγετο. ποιη-
τικὰ γὰρ παρῴδει ῥημάτια καὶ ἀνεβόα ἐπὶ τῆς συγκλήτου
βουλῆς ὥσπερ εἰρωνευόμενος, ὡς οὐχ οἷόν τε αὐτῷ μόνῳ
γε ὄντι ἀνθρώπῳ κατὰ ταὐτὸν ἅμα πρός τε Δία τὸν ἀστερο-
P 152 πητὴν καὶ ἐρίγδουπον, καὶ πρός γε Ποσειδῶνα τὸν ἐννοσί-
γαιον διαμάχεσθαι. καλὰ μὲν οὖν τῆσδε τῆς τέχνης καὶ αὐτὰ
δήπου τὰ ἀθύρματα· οὐ μὴν ἀνάγκη τὴν φύσιν ἕπεσθαι τού-
τοις καὶ ἐξισοῦσθαι. πλὴν ἀλλ' ἕκαστος μὲν ἐχέσθω καὶ τῶν-
δε πέρι ὁποίας ἂν καὶ βούλοιτο γνώμης· ἐμοὶ δὲ ἐς τὸν πρό-
τερον λόγον ἐπανιτέα.

4. ἀντερείδων add. ex R. et Intpr. *solis oppositum radiis*. 11. τὰ πόδε R. 17. Ποσειδῶνα om. R. et Intpr., qui vertit inepte: *et terram ipsam concutientem*. ἐννοσίγαιον R., ἐνοσίγ. vulg. 21. ὁποίαν — γνώμην R.

nonem machinatus est, sed et fulgura et tonitrua in domum torsit. Discum enim in speculi speciem comparatum modiceque excavatum radiisque solis oppositum splendore implebat; ac deinde aliorsum transferens, ingentem confestim in domum eiaculabatur splendorem, adeo ut omnium, in quos ferebatur, obtutum perstringeret atque obtunderet. Corporum etiam quorundam, quae valde essent sonora, collisiones complosionesque excogitans, immanes quosdam et tonitruo similes fragores edebat percellendo sensui aptos; adeo ut Zeno, cum aegre tandem intellexisset, unde singula fierent, palam ad pedes Imperatoris provolutus, vicinum accusarit ut improbum et sceleratum: adeo ut et gratiosum quoddam atque elegans dictum ira ipsi excusserit. Poëticis enim quibusdam verbis alludens coram senatu proclamabat, veluti per ironiam et cavillum: se, homo cum esset, non posse adversus utrumque pariter, Iovem fulminatorem et gravitonantem, et adversus Neptunum terrae concussorem pugnare. Pulchra quidem igitur sunt huiusce artis effecta, quantumvis ludicra; necesse tamen non est, naturam haec sequi iisque exaequari. Ceterum de his rebus quam quisque voluerit sententiam teneat; mihi vero ad priorem narrationem est redeundum.

9. Ἐκείνου μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ἐν τοῖσδε ἡ πόλις A.C. 557
ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ ἅπασιν ἐπὶ πλείστας ἡμέρας σείεσθαί πως I. I. 31
ἐδόκει τὸ ἔδαφος, καὶ ταῦτα ἀτρεμοῦν ἤδη καὶ πεπαυμένον.
ἔναυλον γὰρ ταῖς ψυχαῖς ὑπῆρχε τὸ πάθος, καὶ ὑποψία ἐν-
έκειτο ὑποθολοῦσα τὸ λογιζόμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς πολλὰ τῶν
οἰκοδομημάτων τὰ μὲν σαθρὰ καὶ ἀσθενῆ γεγενημένα, ἔνια B
δὲ ἤδη καὶ καταπεπτωκότα, ἐπανορθοῦν ἐπειρᾶτο. ἐπεφρόν-
τιστο δέ οἱ ἐς τὰ μάλιστα ὁ μέγιστος τοῦ Θεοῦ νεώς· τοῦ-
τον δὲ πρότερον ἐμπρησθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, σφόδρα περι-
οφανῆ καὶ θαυμάσιον ἠλίκον ἐκ βάθρων αὐτῶν καὶ κρηπίδων
ἀνεδομήσατο, μεγέθους τε ὑπερβολῇ καὶ σχήματος εὐπρεπείᾳ
καὶ ποικιλίᾳ μετάλλων ἐπικοσμήσας· ἤρειψε δὲ αὐτὸν ἐκ πλίν-
θου ὀπτῆς καὶ τιτάνου, πολλαχοῦ καὶ σιδήρῳ συνδήσας, ξύ-
λοις τε ἥκιστα χρησάμενος, ὡς ἂν μηκέτι εὐκολώτατα πυρ-
πολοῖτο. Ἀνθέμιος δὲ ἦν οὗτος ἐκεῖνος, οὗ δὴ ἀρτίως ἐπε-
μνήσθην, ὁ ἕκαστα μηχανησάμενος καὶ δημιουργήσας. τότε
δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κλόνου τὸ μεσαίτατον μέρος τῆς ὀροφῆς
καὶ ἅπαντα ὑπερβάλλον ἀποβεβληκότα, ἐπεσκεύασέ τε αὖθις C
ὁ βασιλεὺς βεβαιότερον, καὶ ἐπὶ μεῖζον ὕψος ἐξῆρε· καίτοι
Ἀνθέμιος μὲν ἐκπλείστου ἐτεθνήκει, Ἰσίδωρος δὲ ὁ νέος καὶ
οἱ ἄλλοι μηχανοποιοὶ τὸ πρότερον ἐν ἑαυτοῖς ἀναθεωρήσαν-
τες σχῆμα, καὶ τῷ σωζομένῳ τὸ πεπονθὸς ὁποῖόν τε ἦν καὶ

7. ἤδη καὶ R., καὶ ἤδη vulg. ἐπέων φρόντιστο R. pro ἐπεφρ.
14. μηκέτι R. et Intpr. *ne de cetero* etc., μὴ vulg.

9. Per hanc enim hiemem hisce malis civitas premebatur, incolisque omnibus per multos dies concuti adhuc pavimentum videbatur, tametsi quietum iam sedatumque esset. Insederat enim hominum animis hoc malum, et suspicio in eis radices egerat, ratiocinationi tenebras offundens. Imperator vero multa aedificia, quae partim vitium fecerant, partim iam corruerant, instaurare adnitebatur. Praecipuae autem curae ipsi erat augustissimum illud Dei templum. Hoc vero antea a plebe succensum, valde conspicuum atque admirandum ab ipsis fundamentis iterato exstruxerat, magnitudinisque excellentia et formae decore et varietate metallorum ornatius reddens; cinxit vero id ipsum ex latere cocto et calce, quae passim ferro inter se colligarat, lignis nequaquam usus, ne facillime conflagraret. Anthemius vero hic ipse erat, cuius paulo ante mentionem feci, qui singula et artificiose excogitabat et exstruxerat. Tum vero mediam maxime ipsius tecti partem collapsam, quaeque altitudine omnia, quae corruerant, superabat, Imperator firmiorem reddidit, et in maiorem altitudinem sustulit. Atque Anthemius quidem iam dudum obierat. Isidorus autem iunior aliique fabricarum structores priorem in semetipsis formam contemplantes, et ex eo, quod integrum manserat, id quod affectum erat quale esset, quidque vitii habuisset cognoscentes,

A. C. 557 ὃς ὅ, τι δήπου ἡμάρτητο ἐπιφρασάμενοι, τὴν μὲν ἑῴαν τε
I. I. 31 καὶ ἑσπερίαν ἁψῖδα οὕτω μένειν κατὰ χώραν ἐφῆκαν· τῆς δὲ ἀρκτῴας τε καὶ νοτίας τὴν ἐπὶ τοῦ κυρτώματος οἰκοδομίαν πρὸς τὰ ἔνδον παρατείναντες, καὶ εὐρυτέραν ἠρέμα ποιησάμενοι ὡς μᾶλλον ἁρμοδιώτατα ταῖς ἄλλαις συννενευκέναι, καὶ
D ὁμολογεῖν τὴν ἰσόπλευρον ἁρμονίαν, περιστεῖλαι ταύτῃ δεδύνηνται τὴν τοῦ κενώματος ἀμετρίαν, καὶ ὑποκλέψαι βραχύ τι τῆς ἐκτάσεως μέρος, ὁπόσον ἑτερόμηκες ἀπετελεῖτο σχῆμα, οὕτω τε ἐπ' αὐτῶν ἥδρασαν πάλιν τὸν ἐν μέσῳ ὑπερανέχοντα, εἴτε κύκλον, εἴτε ἡμισφαίριον, εἴτε ὁτῳδηοῦν ὀνόματι παρ' αὐτοῖς ἐπικεκλημένον. καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν εἰκότως ἰθύτερος μὲν καὶ εὐεπίστροφος, καὶ πανταχόθεν τῇ γραμμῇ ἐξισάζων, στενώτερος δὲ καὶ ὀξυτενὴς, καὶ οἷος οὐχ οὕτω λίαν ἐκπλήττειν τοὺς θεωμένους ὡς πάλαι, πολλῷ δὲ ὅμως πλέον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βεβηκέναι. ὧν μὲν οὖν ἔδει ἐν ξυγγραφῇ τοῦ νεὼ
P. 153 πέρι ἐπιμνησθῆναι, καὶ ἐφ' ἃ ἡ τοῦ λόγου φορὰ ἵκετο ἀκολούθως περιαγομένη, ταῦτα ἔμοιγε ἀποχρώντως ἐκδεδιήγηται. ἐγκωμιάζειν γὰρ ἕκαστα τῶν τοῦδε θαυμάτων καὶ ἐπιδεικνύειν τῷ λόγῳ, περιττὸν ἂν εἴη καὶ οὐ τοῦ παρόντος ἴδιον ἔργου. εἰ δέ τις ἐθέλοι πόῤῥω που τυχὸν τῆς πόλεως ἀπῳκισμένος ἔπειτα γιγνώσκειν σαφῶς ἅπαντα, καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ Παύλῳ τοῦ Κύρου τοῦ Φλώρου

9. αὐτῶν R. et Intpr. *his — aedificatis desuper*, αὐτῷ vulg. ἥδρασαν emend. Cl., ἥδρασαν R. et vulg. 10. ὁτῳδηοῦν τῷ R. 13. στενότερος R. et vulg. δὲ om. R. 19. περισσομένη R. 22. τοῦ ante Κύρου add. ex R. Φλόρου R., Φόρου Lugd. et ed. pr.

fornicem orientalem et occidentalem suo ut erat loco reliquerunt, septentrionali vero et australi, quae super curvaturam erat structuram, introrsum porrigentes, pauloque latiorem efficientes, ut quam aptissime cum aliis quadraret, aequilateramque compagem prae se ferret, eaque ratione vacuitatis nimietatem coarctare possent, et exiguam aliquam extensionis partem detrahere, in quantum diversae longitudinis figura efficeretur. Atque ita desuper firmarunt, qui in medio est positus, sive orbem, sive hemisphaerium, sive alio quocunque nomine ab ipsis appellatur. Factusque inde est verisimiliter directior quidem facileque versatilis, omnique ex parte ad amussim quadrans; angustior vero et in acutum tendens, quique non ita valde percellat spectatores, ut olim, multo vero tutius obfirmatus. Quorum itaque oportebat in historia de templo meminisse, et ad quae ipsa narrationis series consectaneae circumacta pervenerit, ea mihi abunde satis sunt explicata. Laudare enim singula, quae in eo sunt admiranda, et oratione persequi, supervacaneum fuerit, neque huius operis proprium. Si quis autem voluerit procul fortassis ab urbe degens aperte cognoscere omnia, veluti praesens et spectans, perlegat quae Paulus Cyri

ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὅς δὴ ταπρῶτα τελῶν ἐν τοῖς A. C. 557
ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάταις, γένους τε κοσμούμενος I. I. 31
δόξῃ καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως V. 107
παιδείᾳ γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο· καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ηὔχει καὶ ἐσεμνύνετο. καὶ τοίνυν πεποίηταί οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνου, B
δοκεῖ δέ μοι τὰ ἐπὶ τῷ νεῷ εἰρημένα μείζονός τε πόνου καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεα καθεστάναι, ὅσῳ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυμασιωτέρα. εὑρήσεις γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς τὴν ὅλην τῆς θέσεως εὐκοσμίαν, καὶ τὰς τῶν μετάλλων φύσεις λεπτότατα κατεξητασμένας, τῶν τε προτεμενισμάτων τὸ εὐπρεπὲς ἅμα καὶ ἀναγκαῖον, μεγέθη τε καὶ ὑψώματα, καὶ ὅσα ἰθύγραμμα σχήματα καὶ ὅσα κυκλικὰ, καὶ ὅσα ἐκκρεμῆ καὶ προτεταμένα. γνοίης δὲ ἂν ἐκ τῶν ἐπῶν καὶ ὅπως ἀργύρῳ τε καὶ χρυσῷ τὸ ἱερώτερον χωρίον καὶ τοῖς ἀποῤῥήτοις ἀποκεκριμένον, πολυτελέστατα καταπεποίκιλται, καὶ εἴ τι ἄλλο πρόσεστι μέγα ἢ ἐλάχιστον γνώρισμα, οὐ μεῖον ἢ οἱ θαμὰ ἐν αὐτῷ περιπάτους C
ποιούμενοι καὶ ἅπαντα διασκοποῦντες. ἀλλὰ γὰρ ἥδε μὲν ἡ δευτέρα τοῦ νεὼ ἐπισκευὴ καὶ ἀνόρθωσις ὀλίγῳ ὕστερον χρόνῳ ἀπείργασται καὶ ξυνετελέσθη.

ι′. Ἐκείνου δὲ τοῦ ἔτους ἅμα ἦρι ἀρχομένῳ ἡ λοιμώ- A. C. 558
δης νόσος αὖθις τῇ πόλει ἐνέπεσε, καὶ μυρία διέφθειρε πλή- I. I. 32

1. τοῖς ἀμφὶ R., τοῖς τῆς ἀμφὶ vulg. 4. παιδίᾳ R. 7. δέ μοι R., μοι δὲ vulg.

Flori filius hexametris versibus conscripsit, qui quidem primicerius exsistens regiorum silentiariorum, et generis gloria clarus, amplissimasque a maioribus suis opes adeptus, doctrinae tamen eloquentiaeque magnam operam impenderat, quibus et magis gloriabatur et decorabatur. Scripsit itaque etiam alia quamplurima poëmata mèmoratu digna et laude. Videntur autem mihi quae de templo scripsit, tanto maiore et labore et scientia referta, quanto et argumentum ipsum est admirabilius. Comperies enim in iis universum situs concinnaeque dispositionis ordinem et metallorum naturas subtilissime exploratas; vestibulorum etiam templi elegantiam pariter et utilitatem, magnitudines quoque et altitudines, quotquot etiam sunt figurae in altum directae, et quotquot orbiculares, quotquot etiam pensiles et protensae. Cognoveris quoque e carminibus, quo pacto argento pariter atque auro sacratior locus et mysteriis separatim destinatus sumptuosissime sit exornatus, et si quod est aliud magnum aut minimum ornamentum, nihilo minus, quam qui crebro in eo obambulant omniaque inspectant. Atqui secunda haec templi refectio atque instauratio brevi post tempore instituta perfectaque est.

10. Eodem vero anno statim ineunte vere pestilentia iterum urbem invasit, et infinitam multitudinem sustulit; quae quidem nun-

A. C. 558 ρεσθαι δύναμιν, μόλις ἐν τῷ τότε εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν
L. I. 32 περιειστήκει. καὶ τούτων αἱ μὲν ἐν Ἰταλίᾳ ἐτετάχατο, αἱ δὲ
V. 110 κατὰ τὴν Λιβύην, ἕτεραι δὲ ἐν Ἱσπανίᾳ, καὶ ἄλλαι περὶ τοὺς Κόλχους, καὶ ἄλλαι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Θήβην τὴν Αἰγυπτίαν. ἐκάθηντο δὲ ὀλίγοι καὶ πρὸς τὰ ἑῷα τῶν Περσῶν ὅρια· οὐ γὰρ δήπου ἔδει ἐκεῖσε πλειόνων διὰ τὰς σπονδὰς καὶ τὸ βέβαιον τῆς ἐκεχειρίας. ὧδέ πως ἄρα ἐς βραχύτατον μέρος περιέσταλτο τὰ πλήθη καὶ ὑπετέτμητο τῇ τῶν κρατούντων ὀλιγωρίᾳ.

D ιδ'. Ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπειδὴ πρότερον Ἰταλίαν ξύμπασαν ἐχειρώσατο καὶ Λιβύην, καὶ τοὺς μεγίστους ἐκείνους πολέμους διήνυσε, καὶ πρῶτος ὡς εἰπεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸ Βυζάντιον βεβασιλευκόσι Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ὀνόματί τε καὶ πράγματι ἀπεδέδεικτο· ἐπειδὴ οὖν αὐτῷ ταῦτά τε καὶ ἄλλα ὅμοια τούτοις νεάζοντι ἔτι καὶ ἐῤῥωμένῳ ἐξείργαστο, τότε δὴ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου πορείαν, (ἤδη γὰρ καὶ ἐγεγηράκει,) ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει, καὶ μᾶλλόν τι αὐτὸν ἤρεσκε ξυγκρούειν ἐν σφίσι τοὺς πολεμίους, δώροις τε αὐτούς, εἴπη δεήσοι, καταθωπεύειν, καὶ ταύτῃ ἁμωσγέπως ἀποκρούεσθαι, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι καὶ μέχρι παντὸς διακινδυνεύειν. τοι-
P. 158 γάρτοι καὶ περιεώρα τὰς τάξεις διαφθειρομένας, ὡς δὴ τολοιπὸν ἥκιστά γε αὐτῶν προσδεησόμενος. καὶ τοίνυν ταύτης ἐπι-

3. Ἱσπανίᾳ R., Σπανίᾳ vulg. 9. ὀλιγορίᾳ Par. 14. ἀπεδέδεικτο R., ἀποδέδ. vulg. 15. ... ἐάζοντι R. 16. καὶ add. ex R. 18. εἴπη R., εἴ που vulg. 22. γε ins. ex R.

copiarum aliae in Italia erant collocatae, aliae in Africa, aliae in Hispania, aliae apud Colchos, aliae apud Alexandri urbem et circa Theben Aegyptiam. Consederant vero paucae etiam versus orientales Persarum fines. Neque enim illic pluribus opus erat, ob foedera inita induciasque firmiter pactas. Ita fere ad perquam exiguam portionem redactae erant copiae atque accisae principum negligentia.

14. Imperator enim posteaquam antea universam Italiam et Africam in potestatem redegerat, maximaque bella confecerat, et primus, ut ita dixerim, ex iis, qui Byzantii regnarunt, Romanorum Imperator nomine pariter et reipsa est declaratus; haec, inquam, aliaque his similia cum iuvenili vegetaque aetate perfecisset, tum vero sub extremum vitae curriculum, (iam enim consenuerat,) cessisse et renuntiasse laboribus visus est, magisque ei quodammodo placuit hostes inter se committere, et donis eos sicubi opus erat demulcere, eaque ratione quodammodo propulsare potius, quam sibi ipsi confidere et perpetuo belligerari. Quocirca et legiones imminui collabique facile patiebatur, perinde ac si deinceps nulli necessario usui sibi essent futurae. Quae quidem negligentia cum etiam eos, qui secundas in administratione imperii partes obtinebant, occupasset, quibus cogendi a subditis tributa et deinde exercitibus

τῷ ἀπείρῳ αἰῶνι συμφέρεσθαί λέγουσι· νῦν μὲν ἀγαθὰς καὶ A. C. 558
εὐδαίμονας, νῦν δὲ μοχθηρὰς καὶ ἀποφράδας, εἶναί τε τὴν I. I. 32
παροῦσαν περιφορὰν ἐκ τῶν κακίστων ἐκείνων καὶ ἀπαισίων·
ἐντεῦθεν τοιγαροῦν πολέμους τε ἁπανταχοῦ ξυνίστασθαι καὶ B
στάσεις ταῖς πόλεσι, καὶ τὰ λοιμώδη πάθη μόνιμά τε εἶναι
καὶ συνημμένα. ἕτεροι δὲ ὀργὴν τοῦ κρείττονος αἰτίαν εἶναί
φασι τῆς φθορᾶς, μετιοῦσαν ἀξίως τὰ τοῦ ἀνθρωπείου γέ-
νους ἀδικήματα, καὶ τὸ πλῆθος ὑποτεμνομένην. ἐμοὶ δὲ διαι-
τᾶν ἑκατέρᾳ δόξῃ καὶ ἀποφαίνεσθαι τὴν ἀληθεστάτην οὐκ
ἐγχειρητέα, τυχὸν μὲν οὐδὲ ἐπισταμένῳ, τυχὸν δὲ, εἰ καὶ εἰ-
δείην, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖον τοῦτό γε εἶναι δοκοῦν, οὐδὲ τῷ
παρόντι λόγῳ προσῆκον· μόνου γάρ μοι τοῦ συμβεβηκότος εἰ
καὶ διὰ βραχέων ἐπιμνησθέντι, ὁ τῆς ἱστορίας ἐκτεθεράπευ-
ται νόμος.

ια'. Τούτων δὲ οὕτω ξυνενεχθέντων, ἐπεγένετο καὶ ἄλλα
ἄττα τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, ταραχῆς τε καὶ θορύ- C
βου ἀνάμεστα, καὶ οὐχ ἧσσον τῶν εἰρημένων ανιαρότατα.
ὁποῖα δὲ ταῦτά ἐστιν, αὐτίκα ἐρῶ, βραχύ τι πρότερον διεξ-
ελθὼν τῶν ἀρχαιοτέρων. οἱ Οὖννοι τὸ γένος, τὸ μὲν παλαιὸν
κατῴκουν τῆς Μαιώτιδος λίμνης τὰ πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον,
καὶ ἦσαν τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ ἀρκτικώτεροι, καθάπερ καὶ V. 108
τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη, ὁπόσα ἐντὸς Ἰμαίου ὄρους ἀνὰ τὴν

1. ἀγαθὰς R., ἀγαθοὺς vulg. 2. μοχθηρὰς R., μοχθηροὺς vulg. 10. εἰ om. R. 11. οὐκ superscriptum in R. a rec. m. 17. ἀνιαρώτατα R. 22. Ἱμαίου R.

sunt peritissimi, temporum quorundam revolutiones in infinito aevo simul ferri asserunt, modo quidem bonas ac felices, modo autem pravas et infaustas: esse vero praesentem revolutionem ex pessimis illis atque infaustis. Hinc ergo et bella passim et seditiones urbibus oriri atque invalescere, et pestilentes morbos per multum tempus durare atque adhaerescere. Alii vero interitus causam ad divinam iram referunt, quae humani generis peccata puniat, multitudinemque succidat. Me vero de utraque opinione iudicare verioremque decernere nihil attinet, vel quod nesciam fortasse, vel, etiamsi forte sciam, parum tamen necessarium id censeam, neque praesenti tractationi consentaneum. Si enim breviter quae acciderunt commemoravi, historiae legi satisfeci.

11. Haec vero cum ita accidissent, alia etiam quaedam per id tempus in urbe evenerunt tumultus ac perturbationis plena, neque minus, quam quae diximus, acerba. Qualia autem haec fuerint, statim dicam, si prius breviter vetustiora quaedam commemoravero. Hunnorum gens olim quidem habitavit circa eam Maeotidis paludis partem, quae subsolanum ventum versus spectat, erantque Tanai flumine magis septentrionales; quemadmodum et aliae barbarae nationes, quotquot intra Imaum montem in Asia consederunt. Hi vero omnes

A. C. 558 ταῦτά τοι ἥ τε ἄλλη Θρᾴκη καὶ τὰ πρὸς αὐτῇ τῇ βασιλίδι πόλει
I. I. 32 χωρία ἔρημά τε ἦν καὶ ἀφύλακτα, ἐς ὅσον καὶ τοῖς βαρβάροις
βατὰ εἶναι καὶ εὐεπίδρομα· εἰς τοῦτο γὰρ ἐκεῖνοι ἤρθησαν ἀλα-
ζονείας, ὡς καὶ ἀμφὶ Μελαντιάδα τὴν κώμην στρατοπεδεύ-
σασθαι, οὐ πολλῷ τῆς πόλεως διεστηκυῖαν, ὅτι μὴ τεσσαράκοντα
καὶ ἑκατόν που σταδίους. παραῤῥεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποτα-
μὸς, ὃς δὴ ὀλίγον τι προελθὼν καὶ ἐπὶ ἄνεμον καικίαν ἠρέ-
μα ἐκκλίνας, ἐς τὴν Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται· ὅθεν
D δὴ καὶ τὸ πρὸς τῇ ἀκτῇ καὶ ταῖς ἐκβολαῖς παρατεταμένον
ἐπίνειον, τὴν ἐκείνου φέρεται προσηγορίαν. οὕτω δὲ τῶν πολε-
μίων ὡς ἐγγύτατα αὐλιζομένων, εὐθὺς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον τὰ
πλήθη τῶν ἀστῶν ἐδεδίει καὶ κατεπέπληκτο, καὶ τὰ δεινὰ οὐ
μόνον ὁποῖα παρῆν, ἀλλ' ἔτι μείζονα διενοοῦντο, πολιορκίας
τε ὀνειροπολοῦντες καὶ ἐμπρήσεις καὶ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων,
καὶ διαῤῥήξεις τοῦ περιβόλου. τοιγάρτοι πολλάκις καὶ ἐν ταῖς
ἐνδοτέρω λεωφόροις φυγαὶ ἀθρόοι τῶν ἐκ τοῦ ὁμίλου ἐγί-
γνοντο, καὶ ὠθισμοὶ καὶ πτοῖαι παράλογοι, ὥσπερ ἤδη τῶν
βαρβάρων εἰσβεβληκότων. πάταγός τε πολὺς ἤρετο ἐν τοῖς
πωλητηρίοις, τῶν θυρῶν βιαιότερον προσαρασσομένων. οὐ
P. 159 μόνον δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ ἠγνοημένοις τὸ ἀνιᾶσθαι προσῆν
καὶ δειμαίνειν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἅπασι τοῖς ἐν τέλει· καὶ βασι-

1. ταῦτά τοι R., ταῦτά τε Lugd., ταῦτα τῇ ed. pr., ταύτῃ τῇ vulg. 5. δύο καὶ ἑκατὸν Suid. s. v. *Μελαντίας*. 6. παραῤῥεῖ R. et Suid., περιῤῥεῖ vulg. et Intpr. 9. καὶ ante τὸ ins. ex R. τῇ ἀκτῇ καὶ ταῖς ἐκβολαῖς R., τὴν ἐκβολὴν κ. τὰς ἀκτὰς vulg. 17. ὠθιασμοὶ R. 20. καὶ ἠγνοημένοις add. ex R. et Intpr. *et obscurae sortis homines.*

bantur, quo factum est, ut et reliqua Thraciae loca oppidaque regiae urbi circumiecta deserta essent omnique praesidio vacua, atque adeo barbarorum incursionibus opportuna ac pervia. Eo enim illi arrogantiae erant elati, ut et circa Melantiadem vicum castra locarint, non longius CL. stadiis ab urbe distantem. Circumfluit autem hunc Athyras fluvius, qui quidem ad exiguum quoddam spatium progressus, et ad Caeciam ventum, sensim se flectens in Propontidem fertur; unde, et quod ad littus eiusque fluminis fauces protensum est navale, ei est cognomine. Cum itaque adeo prope urbem hostes castra posuissent, statim Byzantinorum civium multitudo ingenti metu ac terrore est perculsa, et mala sua, non qualia iam prae oculis erant, sed longe maiora animo agitabant, obsidiones videlicet incendiaque imaginantes, et rerum necessariarum inopiam, moeniumque perfractiones. Quocirca frequenter etiam in interioribus plateis densa multitudinis fuga fiebat, impulsionesque mutuae, et pavores subitanei, perinde ac si barbari iam irrupissent. Ingens etiam fragor ac strepitus in tabernis apud forum excitabatur, foribus violentius collisis. Neque

λευς δὲ, οἶμαι, αὐτὸς οὐ μάλα τὰ ξυνενεχθέντα περιεφρόνει. A. C. 558 ἀπεκοσμοῦντο τοιγαροῦν, πρὸς αὐτοῦ ἐπιτετραμμένον, τὰ ἱερὰ I. I, 32 ὁπόσα ἐκτὸς τοῦ ἄστεος ἵδρυται κατὰ τὰ Εὐρωπαῖα μέρη V. 111 καὶ τὸν παράκτιον χῶρον, ὃς δὴ ἄρχεται μὲν ἐκ τῶν καλουμένων Βλαχερνῶν καὶ τοῦ Κέρως, μέχρι δὲ τοῦ Εὐξείνου Πόντου παρατεινόμενος, τῷ Βοσπόρῳ συναπολήγει. τούτων δὴ οὖν ἁπάντων τά τε ἔντιμα τῶν ἀναθημάτων καὶ τὴν ἄλλην ἀφαιρούμενοι κατασκευὴν οἷς ταῦτα ἀνεῖτο, τὰ μὲν ἐφ' ἁμαξῶν φέροντες, εἴσω τῆς πόλεως ἀπετίθεντο, τὰ δὲ ἀκάτοις ἐμβάλλοντες καὶ τὸν μεταξὺ πορθμὸν διαπεραιούμενοι, ἐς τὴν καταντικρὺ ἤπειρον ἀπεκόμιζον. καὶ ἦν ἐν τῷ τότε θεάσασθαι τοὺς ἐκείνῃ νεὼς γυμνοὺς καὶ ἀπηγλαϊσμένους, B ὥσπερ οὔπω τῆς ἁγιστείας μετειληχότας, ἀλλ' ἄρτι καθίστασθαι ἀρχομένους.

ιέ. Οὕτω δὲ φοβεροί τε καὶ μέγιστοι κίνδυνοι ἐπίδοξοι ἦσαν ὡς πάντως ἐσόμενοι, ὥστε ἀμέλει τῷ τε ἐν Συκαῖς τείχει καὶ τῇ χρυσῇ καλουμένῃ πύλῃ λοχαγοί τινες καὶ ταξίαρχοι καὶ ὁπλῖται πολλοὶ ἐφειστήκεισαν, ὡς δὴ προθύμως ἀμυνόμενοι τοὺς δυσμενεῖς, εἴπου ἐπίοιεν. ἦσαν δὲ οὐ μάχιμοι ὡς ἀληθῶς, οὐδὲ μετρίως γοῦν τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοι,

3. ἤδρυται R. 4. ἄρχεται R. Lugd. 2. m. et Intpr. *initium sumunt* (Cl.), ἔρχεται vulg. 5. καὶ τοῦ Κέρως om. Intpr. 8. Pro ἀφαιρούμενοι R. φερόμενοι. 9. ἀπετίθεντο R., ἀπετίθοντο vulg. 13. ἁγιστείας R. 15. ἐπιδόξοις R. et a 2. m. ἐπιδόξης. 17. *Chisea porta* Intpr. 18. ἀμυνούμενοι coni. Cl. 19. ἦσαν δὲ usque ad φυλάσσειν ἐδόκουν p. 311. ed. Bonn. v. 12. om. Intpr.

vero plebem tantum ac vulgus hominum dolor et pavor invaserat, sed etiam omnes urbis primores. Quin et Imperator ipse non parum eo rerum statu commovebatnr. Nudabantur itaque suis ornamentis ipsius permissu atque auctoritate templa, quotquot extra urbem erant sita, ad Europaeum latus et loca littori adiacentia, quae quidem e Blachernis et Cornu ita dictis ad Euxinum usque pontum protensa in Bosporum desinunt. Ex his itaque omnibus pretiosa donaria reliquumque omnem apparatum auferentes ii, quibus id negotii erat datum, partim plaustris in urbem delata in tuto collocarunt, partim cymbis imposita, et freto intermedio traiecto, in adversam continentem detulerunt; eratque tum videre sacras iis in locis aedes nudas omnibusque suis ornamentis exutas, perinde ac nihil adhuc sanctimoniae nactas et recenter exstrui coeptas.

15. Adeo vero terribilia maximaque pericula ut omnino futura, animos occupabant, ut vix in muro a ficubus dicto et porta nuncupata aurea, duces quidam et tribuni militares multique armati constiterint, ut fortiter hostes, si forte impetum facerent, propulsarent. Erant vero neque bellicosi revera, sed ne mediocriter quidem in rebus

A.C. 558 ξυνεχὲς ἐφ' ἑκατέρᾳ θαλάττῃ προβεβλημένον· πόλεις τε ἔν-
L. I. 32 δοθεν αὐτῷ προσπεπηγυῖαι τυγχάνουσιν, Ἀφροδισιάς τε
καὶ Θῆσκος καὶ Κίβηρις. τούτων δὲ ὡς ἀπωτάτω ἀμφ' αὐ-
τὸν δήπου τὸν πορθμὸν καὶ τοὺς παρακτίους ἀγκῶνας Ση-
στός γέ ἐστι πόλις ἡ περιλάλητος τῇ ποιήσει καὶ ὀνομαστο-
D τάτη, οὐκ ἄλλου του ἕνεκα, οἶμαι, ἢ μόνον ἐπὶ τῷ λύχνῳ
τῆς Ἡροῦς ἐκείνης τῆς Σηστίδος, καὶ τῷ Λεάνδρου ἔρωτι καὶ
θανάτῳ. οὐ πόῤῥω δὲ αὐτῆς καὶ ἕτερόν τι κεῖται πολίχνι-
ον, ἐλάχιστον μὲν καὶ ἀκαλλὲς, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν ἐπέραστον
ἔχον, Καλλίπολις δὲ ὅμως ἐπονομαζόμενον· τάς γε μὴν πε-
ριοικίδας κοσμοῦσιν ἀγροί τε καὶ ἐπίνεια καὶ δένδρων ποι-
κίλων ἐσμὸς καὶ ῥείθρων ποτίμων, γῆ τε εὐαρδὴς ἄγαν καὶ
κάρπιμος, κἂν τοῖς ἀναγκαίοις διαρκεστάτη. τοσαῦτα ἄρα
πολίσματα καὶ χώραν ὡς πλείστην ἔνδον ἐναπολαμβάνει τὸ
ἔρυμα, ὡς μὴ πολεμίοις εὐέφοδα εἶναι. τότε δὴ οὖν ὁ Ζα-
βεργὰν εὐωχούμενος τῶν ἐλπίδων, διενοεῖτο καθ' αὑτὸν, ὡς
P. 156 εἴγε τὸ τεῖχος καθέλοι, καὶ τοῖς ἔνδον ὁμιλήσει χωρίοις, δυ-
νήσεται θᾶττον καὶ τῆς θαλάττης κρατῆσαι· ἐντεῦθέν τε ὠ-
νειροπόλει νηῶν αὐτῷ παρέσεσθαι πλῆθος, καὶ ὅτι διαβή-
σεται κατὰ τὴν Ἀσίαν, τὸν μεταξὺ πόρον στενώτατον ὄντα καὶ

2. προσπεπηγεῖται R. Ἀφροδισιάς R. et Intpr. (cf. Procop. de aedif.), Ἀφροδισία vulg. 6. ἕνεκα, οἶμ. R., οἶμ. ἕν. vulg. 7. Ἡροῦς R., ἡροῦς vulg. (Intpr. *nisi ex illo heroum coetu*). Σηστίδος R. Σηστιάδος vulg. 8. αὐτῆς R., ταύτης vulg. 10. ἐπονομαζόμενον R., ὀνομαζ. vulg. 12. ποταμίων R. 15. ὁ om. R. 16. εὐωχούμενος corr. Cl., Intpr. *spe bona depastus*, εὐεχούμενος R., ἐποχούμενος vulg. 17. ὁμιλήσειε Par. 20. στενότ. R. et vulg.

ductus est ad utrumque mare porrectus; urbesque interius ipsi affixae sunt Aphrodisias et Thescos et Ciberis. Ab his vero quam remotissime circa fretum ipsum et littorales flexus Sestus est, urbs celeberrima in poësi et nominatissima, non aliam credo ob causam, quam ob lucernam Herus illius Sestiadis, et ob Leandri amorem ac mortem. Non procul autem hinc etiam aliud oppidulum situm est, minimum quidem illud et nequaquam pulchrum, neque quicquam omnino habens amabile, Callipolis tamen vocatum. Circumiacentem porro regionem exornant et agri et navalia, arborumque variarum et fluentorum potabilium copia, terraque irrigua admodum et fertilis rebusque necessariis abundans. Talia igitur oppidula et agrum amplissimum murus ille intra se complectitur, ita ut non facilis sit hostibus ad ea aditus. Tum itaque Zabergan bona spe elatus, id secum reputabat, si muro diruto ad interiora loca penetrasset, facilius se etiam mare in potestatem redacturum. Illinc etiam veluti per somnium imaginabatur navium sibi copiam non defuturam; quodque traiiceret in Asiam, fretum intermedium angustissimum per se

οὐ μάλα τραχεῖ κύματι χαρασσόμενον εὐκολώτατα διαπλεύ- A. C. 559
σας, καὶ ὡς εὐθὺς τὴν Ἄβυδον λυμανεῖται, καὶ τὸ ἐν αὐ- I. I. 32
τῇ πορθήσει δεκατευτήριον. τούτοις δὴ οὖν μάτην τοῖς βου- V. 109
λεύμασιν ἐξηρεθισμένος, ἔστειλε δύναμιν ἀνὰ τὴν Χεῤῥόνη-
σον, ὁπόσην ἀποχρήσειν ἐς τόδε τὸ ἔργον ἡγεῖτο· αὐτὸς δὲ
σὺν ἑπτακισχιλίοις ἱππόταις ἰθὺ τῆς Κωνσταντινουπόλεως
πορευόμενος, τούς τε ἀγροὺς ἐδῄου, καὶ τῶν πολισμάτων
ἐπειρᾶτο, καὶ ἅπαντα ἐκίνει χύδην καὶ ξυνετάραττεν. αἰτία B
δὲ ἦν τῆς ἐφόδου τῷ μὲν ἀληθεστάτῳ λόγῳ ἀδικία βαρβαρι-
κὴ καὶ πλεονεξίας ἐπιθυμία. σκῆψιν δὲ ὅμως τινὰ καὶ προκά-
λυμμα ἐποιεῖτο τὴν πρὸς τοὺς Οὐτιγούρους δυσμένειαν· Σάν-
διχλος γάρ τις ὄνομα Οὖννος ἀνὴρ ἡγεῖτο μὲν ἐκείνου τοῦ
γένους, εὔνους δὲ ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἔνσπονδος ὑπῆρχεν Ῥω-
μαίοις. τοιγάρτοι βασιλεὺς ἔστεργέ τε αὐτὸν καὶ ἐγέραιρε,
καὶ δώροις θαμὰ ἐφιλοφρονεῖτο. οἱ δὲ Κοτρίγουροι ἅτε δὴ
οὐ τῶν ὁμοίων μετέχοντες, ἀλλὰ παντάπασι περιπεφρονημέ-
νοι καὶ περιφανῶς προπηλακιζόμενοι, τήνδε ποιεῖσθαι τὴν
ἐκστρατείαν ᾠήθησαν χρῆναι, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ δῆθεν φοβε- C
ροί τε καὶ λόγου ἄξιοι ἀποδειχθεῖεν, καὶ οἷοι μὴ ἐφιέναι τῷ
ἀτιμάζοντι.

ιγ'. Καὶ τοίνυν, οὐδὲν γὰρ ὁτιοῦν αὐτοῖς ἀντίπαλον ἐμποδὼν εἱστήκει οὐδὲ ὑπηντίαζε, κατέτρεχον ἀφειδῶς καὶ ἐληλάτουν τὴν χώραν, λείαν τε ἄφθονον περιβαλλόμενοι,

6. Κωνσταντίνου πόλεως R. 11. Σάνδιχλος Par.

exsistens, neque asperis fluctibus sulcatum facillime transnavigans; quodque statim Abydum infestaret, et quod in ea erat decimarium portorium vastaret. His igitur temerariis consiliis incitatus, exercitum in Chersonesum misit, quantum ei negotio conficiendo parem fore existimabat, ipse vero cum equitum millibus septem recta Constantinopolim pergens, et agros vastabat, et oppidula tentabat, omniaque passim movebat et perturbabat. Causa vero huius expeditionis atque insultus potissima verissimaque erat barbarica violentia, et plus habendi cupiditas, cui tamen praetextum hostilitatis adversus Utiguros obtendebat. Sandichlus enim quidam nomine, vir Hunnus, gentis illius dux erat, benevolus tamen inprimis et foederatus Romanis. Quocirca Imperator ipsum benevolentia et honore prosequebatur, et frequentia ad eum dona mittebat. Cotriguri vero, utpote similium expertes, sed omnino despecti et manifesto contemptu provocati, hanc sibi expeditionem suscipiendam censuerunt, ut et ipsi terribiles dignique, quorum ratio haberetur, viderentur, ac tales, qui contemtoribus non concederent.

13. Hi itaque, cum nemo ipsis obsisteret aut propulsaturus obviam iret, atrociter populabundi regionem vastarunt, ingenti praeda maximaque captivorum multitudine abducta, in quibus etiam muli-

A.C. 558 *καὶ αἰχμαλώτων ἀθροίζοντες πλήθη· ἐν τοῖς καὶ γύναια πολ-*
I. I. 32 *λὰ τῶν εὖ γεγονότων καὶ σώφρονα δίαιταν ᾑρημένων ὠμότατα ἤγοντο, καὶ συμφορὰν πασῶν μείζονα ἐδυστύχουν, εἰς ἀκολασίας ἀμετρίαν ὑπηρετεῖν ἀναγκαζόμενα· ἔνιαι δὲ καὶ ἀπειρηκυῖαι ἤδη ἐκ παίδων γάμοις τε καὶ φιλοκοσμίᾳ καί ταύ-*
D *τῃ δὴ τῇ περὶ τὸν βίον ἀναστροφῇ καὶ ὁμιλίᾳ, ἐν ἀποκεκριμένῳ τινὶ καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἱκετείᾳ προσήκοντι ὑπεκρύπτοντο δωματίῳ, τὸ ἀμιγές τε καὶ ἐλεύθερον καὶ παντάπασιν ἀκοινώνητον τῆς μετ' ἀνδρῶν συνουσίας περὶ πλείστου ποιούμεναι, καὶ μόνῳ τῷ ἠρεμεῖν ἀνειμέναι. οἱ δὲ καὶ ἐς ταύτας ἐξύβριζον ἀφαιρούμενοι τοῦ ἱεροῦ παρθενῶνος, καὶ ἀπρεπῶς αὐταῖς πρὸς βίαν ξυγκαλινδούμενοι· ἄλλαι δὲ πολλαὶ τῶν ἀῤῥεσιν ἐς ταὐτὸ ἰέναι οὐκ ἀνηναμένων, κύουσαι ἐν τῷ τότε οὕτω παρασχὸν εἵλκοντο, καὶ εἶτα, ἐπειδὴ παρῆν ἡ τοῦ τόκου ἀνάγκη, οὕτω δή τι ἐν μέσῃ τῇ πορείᾳ ἐμφανέστατα ἔτικτον, οὔτε τὰ αἰσχυντηλὰ τῶν ὠδίνων ἐπικαλύπτειν δυνάμεναι,*
P. 157 *οὔτε περιστεῖλαι, ὡς θέμις, καὶ ἀνελέσθαι τὰ βρέφη· ἀλλ' αἱ μὲν καὶ ὧς ἐσύροντο, μηδὲ ἀλγῆσαι αὐταῖς, εἰ οἷόν τε φάναι, ξυγκεχωρημένον, τὰ δὲ δείλαια ἐκεῖνα ἐπ' ἐρημίας ἐλείπετο κυσί τε καὶ οἰωνοῖς σπαραττόμενα, ὥσπερ τοῦδε ἕνεκα μόνου ἐς φῶς προαχθέντα, καὶ μάτην τοῦ φῦναι ἀπογευσάμενα. ἐς τοῦτο γὰρ τύχης τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἠλήλακει,*

4. ἀκολασίαν R. 6. ἀποκεκρυμμένῳ R. altera μ transfixa. 10. καὶ μόνῳ — ἀνειμέναι add. ex R. et Intpr. *quietique se solum permitterent.* 12. ξυγκυλινδούμενοι edd. 13. ἐν τῷ τότε οὕτ. παρ. R., οὕτ. παρ. ἐν τ. τ. vulg. 19. ἐρημίαν R.

eres multae nobiles et castam vitam degentes crudelissime rapiebantur, malo omnium gravissimo obnoxiae, quod immoderatae barbarorum libidini inservire cogebantur: nonnullas vero, quae iam inde a pueris et nuptiis et mundanis desideriis et curis occupationibusque huius vitae renuntiarant, et in remota aliqua divinoque cultui dicata domuncula delitescebant, liberam plane et immunem ab omni virorum contubernio consuetudineque vitam summo studio colentes: etiam hi sacris virginum coenobiis ereptas contumelia afficiebant, turpiter eas per vim constuprantes. Aliae vero multae, quae a consuetudine virorum nequaquam abhorruerant, et gravidae tum temporis rapiebantur, cum iam pariendi necessitas urgeret, ita in medio itinere in propatulo pariebant, cum nec verecundos partus dolores obtegere possent, neque complecti fasciisque involvere infantes, uti fas est, et sustollere; sed hae quidem etiam ita protrahebantur, et ne dolere quidem ipsis, immane dictu, permittebatur: miseri vero illi infantes in solitudine relinquebantur, a canibus pariter et carnivoris avibus discerpendi, perinde ac si eam tantum ob causam in lucem editi essent, et frustra ortus sui primordia degustassent. In

ὡς ἐν αὐτῇ δήπου τῇ περιοικίδι τῆς βασιλίδος πόλεως τοιαῦ- A. C. 558
τα δεινὰ πάσχειν ὑπὸ βαρβάρων σφόδρα ὀλίγων. τοῖς δὲ οὐ I. I. 32
μέχρι τούτων ἐτελεύτα τὸ θράσος, ἀλλ' ὁδῷ ἰόντες, εἴσω τῶν
μακρῶν ὀνομαζομένων τειχῶν ῥᾳδίως παρῆλθον, καὶ τοῖς ἔν-
δον φρουρίοις ἐπέλαζον. πολλαχοῦ γὰρ ὑπὸ χρόνου καὶ ἀτη-
μελείας ἐπεπτώκει καὶ διελέλυτο ἡ τοῦ μεγίστου ἐρύματος οἰ- B
κοδομία· ἔνια δὲ μέρη καὶ αὐτοὶ καταβεβλήκασιν ἀδεῶς οὕτω
καὶ ἀταλαιπώρως, ὥσπερ οἰκίας καταστρεφόμενοι. καὶ οὐδὲν
ἦν τὸ ἀπεῖργον τῷ μηδὲ φρουρὰν στρατιωτικὴν ἐνθάδε ἱδρύ-
σθαι, μήτε ἀμυντήρια μηχανήματα, καὶ τοὺς ταῦτα κινεῖν
ἐπισταμένους, ἀλλὰ μήτε κυνῶν ὑλακὴν ἀκούεσθαι, εἰ μὴ
λίαν καταγέλαστον εἰπεῖν, ὡς γοῦν ἐν συφεῶσι καὶ μάνδραις.
τὰ γὰρ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα, οὐ τοσαῦτα διαμεμενη-
κότα ὁπόσα τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν πάλαι βασιλέων ἐξεύρηται,
ἐς ἐλαχίστην δέ τινα μοῖραν περιελθόντα, οὐκέτι τῷ μεγέ-
θει τῆς πολιτείας ἐξήρκουν. δέον γὰρ ἐς πέντε καὶ τεσσαρά- C
κοντα καὶ ἑξακοσίας χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν τὴν ὅλην ἀγεί-

5. ἀτημελίας Suidas s. v. 6. μεγίστου add. ex R. et Intpr. *maioris castelli aedificium.* 8. οἰκείᾳ R. (fort. ἐν οἰκείᾳ), Intpr. οἰκεῖα legisse videtur: *haud secus ac sua — disturbabant*: idque coni. B. Vulc. 11. Post ἀκούεσθαι Intpr. addit: *non hominum fremitus.* 13. γὰρ om. R. et Suid. s. v. συφεύς, qui locum sic contraxit: ὥσπερ ἐν συφεῶσι καὶ μάνδραις τὰ τῶν Ῥωμαίων μεμενήκει στρατεύματα; inepte. Neque alia vertit Intpr. *tanquam porcorum in claustris Romanus exercitus interclusi manebant, tametsi vel eo numero essent, quo tunc primum et veterum Imperatorum tempore recensebantur, et non in minimam partem redacti* etc.

eam enim miseriam res Romanorum redactae erant, ut in ipso regiae urbi circumiecto agro adeo atrocia mala paterentur a barbaris iisque perpaucis. Sed neque his terminis eorum confidentia fuit circumscripta; sed ulterius progressi, longisque (ita dictis) muris facile superatis, munitionibus, quae intus erant, appropinquarunt. Multis enim in partibus prae vetustate et negligentia maximi castelli structura corruerat vitiumque fecerat, nonnullas vero partes etiam ipsi diruerant adeo intrepide ac facile, ac si domos subverterent, nihilque erat quod obstaret, cum neque ullum praesidium militare ibi collocatum esset, neque ullae ad propulsandum hostem machinae, neque qui illas movere ac tractare nosset, sed ne canum quidem latratus audiebatur, nisi admodum ridiculum dictu sit, veluti in suilibus aut ovilibus. Romanorum enim exercitus non tanti, atque olim sub veteribus Imperatoribus fuerant, permanserant, sed ad minimam quandam portionem redacti, non amplius magnitudini imperii pares erant. Cum enim universae Romanorum vires sexcentis quadraginta quinque bellatorum millibus constare deberent, aegre tum temporis centum quinquaginta millibus constabant, atque harum quidem

A. C. 558 ρεσθαι δύναμιν, μόλις ἐν τῷ τότε εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν
L. I. 32 περιειστήκει. καὶ τούτων αἱ μὲν ἐν Ἰταλίᾳ ἐτετάχατο, αἱ δὲ
V. 110 κατὰ τὴν Λιβύην, ἕτεραι δὲ ἐν Ἱσπανίᾳ, καὶ ἄλλαι περὶ τοὺς Κόλχους, καὶ ἄλλαι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Θήβην τὴν Αἰγυπτίαν. ἐκάθηντο δὲ ὀλίγοι καὶ πρὸς τὰ ἑῷα τῶν Περσῶν ὅρια· οὐ γὰρ δήπου ἔδει ἐκεῖσε πλειόνων διὰ τὰς σπονδὰς καὶ τὸ βέβαιον τῆς ἐκεχειρίας. ὧδέ πως ἄρα ἐς βραχύτατον μέρος περιέσταλτο τὰ πλήθη καὶ ὑπετέτμητο τῇ τῶν κρατούντων ὀλιγωρίᾳ.

D ιδ'. Ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπειδὴ πρότερον Ἰταλίαν ξύμπασαν ἐχειρώσατο καὶ Λιβύην, καὶ τοὺς μεγίστους ἐκείνους πολέμους διήνυσε, καὶ πρῶτος ὡς εἰπεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸ Βυζάντιον βεβασιλευκόσι Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ὀνόματί τε καὶ πράγματι ἀπεδέδεικτο· ἐπειδὴ οὖν αὐτῷ ταῦτά τε καὶ ἄλλα ὅμοια τούτοις νεάζοντι ἔτι καὶ ἐῤῥωμένῳ ἐξείργαστο, τότε δὴ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου πορείαν, (ἤδη γὰρ καὶ ἐγεγηράκει,) ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει, καὶ μᾶλλόν τι αὐτὸν ἤρεσκε ξυγκρούειν ἐν σφίσι τοὺς πολεμίους, δώροις τε αὐτούς, εἴπῃ δεήσοι, καταθωπεύειν, καὶ ταύτῃ ἀμωσγέπως ἀποκρούεσθαι, ἢ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθέναι καὶ μέχρι παντὸς διακινδυνεύειν. τοι-
P. 158 γάρτοι καὶ περιεώρα τὰς τάξεις διαφθειρομένας, ὡς δὴ τολοιπὸν ἥκιστά γε αὐτῶν προσδεησόμενος. καὶ τοίνυν ταύτης ἐπι-

3. Ἱσπανίᾳ R., Σπανίᾳ vulg. 9. ὀλιγορίᾳ Par. 14. ἀπεδέδεικτο R., ἀποδέδ. vulg. 15. ... εάζοντι R. 16. καὶ add. ex R. 18. εἴπῃ R., εἴ που vulg. 22. γε ins. ex R.

copiarum aliae in Italia erant collocatae, aliae in Africa, aliae in Hispania, aliae apud Colchos, aliae apud Alexandri urbem et circa Theben Aegyptiam. Consederant vero paucae etiam versus orientales Persarum fines. Neque enim illic pluribus opus erat, ob foedera inita induciasque firmiter pactas. Ita fere ad perquam exiguam portionem redactae erant copiae atque accisae principum negligentia.

14. Imperator enim posteaquam antea universam Italiam et Africam in potestatem redegerat, maximaque bella confecerat, et primus, ut ita dixerim, ex iis, qui Byzantii regnarunt, Romanorum Imperator nomine pariter et reipsa est declaratus; haec, inquam, aliaque his similia cum iuvenili vegetaque aetate perfecisset, tum vero sub extremum vitae curriculum, (iam enim consenuerat,) cessisse et renuntiasse laboribus visus est, magisque ei quodammodo placuit hostes inter se committere, et donis eos sicubi opus erat demulcere, eaque ratione quodammodo propulsare potius, quam sibi ipsi confidere et perpetuo belligerari. Quocirca et legiones imminui collabique facile patiebatur, perinde ac si deinceps nulli necessario usui sibi essent futurae. Quae quidem negligentia cum etiam eos, qui secundas in administratione imperii partes obtinebant, occupasset, quibus cogendi a subditis tributa et deinde exercitibus

λαβόμενοι τῆς ῥᾳθυμίας οἱ τὴν δευτέραν ἀρχὴν τῶν σκήπτρων A. C. 558 διέποντες, οἷς δὴ φορολογεῖν τὴν ὑπήκοον καὶ εἶτα διανέμειν I. I. 32 τοῖς στρατεύμασι τὰ ἐπιτήδεια ἐκπεφρόντισται, οὗτοι δὴ τὰ μὲν περιφανῶς ἀπεστέρουν, τὰ δὲ καὶ πολλῷ ὕστερον ἢ ὁπηνίκα ἐχρῆν ἀπεδίδοσαν· δοθέντος δὲ ὅμως ὀψὲ γοῦν τοῦ ὀφλήματος, εὐθὺς οἱ τὴν πανοῦργον ταύτην καὶ δημώδη λογιστικὴν ἠσκημένοι, ἐφίσταντο τοῖς καταλόγοις καὶ ἀνεκαλοῦντο τὰ πεπορισμένα. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς γέρας τε ὑπῆρχε καὶ ἀξίωμα, B τὸ τοῖς στρατιώταις ἐπικλήματα ἐπάγειν ἄλλοτε ἄλλα, καὶ τῆς ἐδωδῆς αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι· καὶ καθάπερ ἐν παλιῤῥοίᾳ ὑδάτων αὐτὸ δήπου τὸ μέτρον τῆς παρασχεθείσης τοῖς τάγμασι δασμοφορίας, οὐκ οἶδα ὅντινα τρόπον, ἐς τοὔμπαλιν μετωχετεύετο, καὶ ἐπανῄει ὅθεν ἐῤῥύη· καὶ οὕτω μὲν τὸ ὑπερμαχοῦν καὶ παραταττόμενον κατημέλητο, καὶ τροφῆς ἀπορίᾳ πιεζόμενοι κατελίμπανον τοὺς ἀγῶνας, οἷς ἐτύγχανον ἐντεθραμμένοι· καὶ ἄλλοι ἄλλοθι ἀπεχώρουν, ὡς ἕτερόν τινα μετελευσόμενοι βίον· εἰς δὲ γυναῖκας ἀκόσμους ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἡνιόχους καὶ ἄνδρας ἀγεννεῖς μὲν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ ἁβροδιαίτους, C μόνον δὲ πρὸς τὰς ἐμφύλους ταραχὰς καὶ τὴν περὶ τὰ χρώματα ἔριν ἐμμανεῖς καὶ θαῤῥαλέους, καὶ ἄλλους ἔτι τούτων ἀχρειοτέρους, τὰ στρατιωτικὰ ἐσκεδάννυντο χρήματα.

3. οὗτοι δὲ R. 5. ὅτε γοῦν R., Intpr. *utcunque*. 8. τούτῳ R. καὶ pro γὰρ sph. Par. 9. ἐκκλήματα R. 11. Pro τὸ lacuna in R. 17. ὡς τὰ πολλὰ om. R. et Intpr. 20. χρώματα — scil. in ludis Circensibus; χρήματα Par., Intpr. σώματα legere sibi videbatur: *civiles in seditiones intentos et corporum curam.*

necessaria suppeditandi cura imposita erat, hi partim aperte eos defraudabant, partim multo serius, quam oportebat, persolvebant. Persoluto vero iam, quamquam sero, debito, statim hi in fraudulenta illa et populari supputatoria arte exercitati, fraude eos, qui stipendia militaria cogebant, adoriebantur, et quae iam persoluta erant, reposcebant. Hic enim eorum honor ac dignitas erat, aliis atque aliis criminationibus milites lacessere cibariisque eos defraudare; ac quemadmodum in reciproco fluxu refluxuque undarum idem demensum, quod ex tributis ad legiones deferebatur, nescio quo pacto retrorsum derivabatur, redibatque eodem, unde fluxerat. Atque ita quidem propugnatores et proeliatores negligebantur, et cibariorum penuria pressi, militiam bellicosque labores, in quibus erant enutriti, deserebant, et alii alio dilabebantur, veluti aliud vitae genus amplexuri. In mulieres vero inhonestas maxima ex parte et aurigas et viros parum, ubi res postularet, fortes, sed delitiosos, quique ad civiles tantum turbas et circi factiones vesano quodam studio audaciaque ferebantur, et in alios his adhuc inutiliores militaria stipendia dissipa-

A. C. 558 ταῦτά τοι ἥ τε ἄλλη Θρᾴκη καὶ τὰ πρὸς αὐτῇ τῇ βασιλίδι πόλει
I. I. 32 χωρία ἔρημά τε ἦν καὶ ἀφύλακτα, ἐς ὅσον καὶ τοῖς βαρβάροις
βατὰ εἶναι καὶ εὐεπίδρομα· εἰς τοῦτο γὰρ ἐκεῖνοι ἤρθησαν ἀλα-
ζονείας, ὡς καὶ ἀμφὶ Μελαντιάδα τὴν κώμην στρατοπεδεύ-
σασθαι, οὐ πολλῷ τῆς πόλεως διεστηκυῖαν, ὅτι μὴ τεσσαράκοντα
καὶ ἑκατόν που σταδίους. παραῤῥεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποτα-
μὸς, ὃς δὴ ὀλίγον τι προελθὼν καὶ ἐπὶ ἄνεμον καικίαν ἠρέ-
μα ἐκκλίνας, ἐς τὴν Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται· ὅθεν
D δὴ καὶ τὸ πρὸς τῇ ἀκτῇ καὶ ταῖς ἐκβολαῖς παρατεταμένον
ἐπίνειον, τὴν ἐκείνου φέρεται προσηγορίαν. οὕτω δὲ τῶν πολε-
μίων ὡς ἐγγύτατα αὐλιζομένων, εὐθὺς ἀνὰ τὸ Βυζάντιον τὰ
πλήθη τῶν ἀστῶν ἐδεδίει καὶ κατεπέπληκτο, καὶ τὰ δεινὰ οὐ
μόνον ὁποῖα παρῆν, ἀλλ' ἔτι μείζονα διενοοῦντο, πολιορκίας
τε ὀνειροπολοῦντες καὶ ἐμπρήσεις καὶ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων,
καὶ διαῤῥήξεις τοῦ περιβόλου. τοιγάρτοι πολλάκις καὶ ἐν ταῖς
ἐνδοτέρω λεωφόροις φυγαὶ ἀθρόοι τῶν ἐκ τοῦ ὁμίλου ἐγί-
γνοντο, καὶ ὠθισμοὶ καὶ πτοῖαι παράλογοι, ὥσπερ ἤδη τῶν
βαρβάρων εἰσβεβληκότων. πάταγός τε πολὺς ᾔρετο ἐν τοῖς
πωλητηρίοις, τῶν θυρῶν βιαιότερον προσαρασσομένων. οὐ
P. 159 μόνον δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ ἠγνοημένοις τὸ ἀνιᾶσθαι προσῆν
καὶ δειμαίνειν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἅπασι τοῖς ἐν τέλει· καὶ βασι-

1. ταῦτά τοι R., ταῦτά τε Lugd., ταῦτα τῇ ed. pr., ταύτῃ τῇ vulg. 5. δύο καὶ ἑκατὸν Suid. s. v. *Μελαντίας*. 6. παραῤῥεῖ R. et Suid., περιῤῥεῖ vulg. et Intpr. 9. καὶ ante τὸ ins. ex R. τῇ ἀκτῇ καὶ ταῖς ἐκβολαῖς R., τὴν ἐκβολὴν κ. τὰς ἀκτὰς vulg. 17. ὠθιασμοὶ R. 20. καὶ ἠγνοημένοις add. ex R. et Intpr. *et obscurae sortis homines.*

bantur, quo factum est, ut et reliqua Thraciae loca oppidaque regiae urbi circumiecta deserta essent omnique praesidio vacua, atque adeo barbarorum incursionibus opportuna ac pervia. Eo enim illi arrogantiae erant elati, ut et circa Melantiadem vicum castra locarint, non longius CL. stadiis ab urbe distantem. Circumfluit autem hunc Athyras fluvius, qui quidem ad exiguum quoddam spatium progressus, et ad Caeciam ventum, sensim se flectens in Propontidem fertur; unde, et quod ad littus eiusque fluminis fauces protensum est navale, ei est cognomine. Cum itaque adeo prope urbem hostes castra posuissent, statim Byzantinorum civium multitudo ingenti metu ac terrore est perculsa, et mala sua, non qualia iam prae oculis erant, sed longe maiora animo agitabant, obsidiones videlicet incendiaque imaginantes, et rerum necessariarum inopiam, moeniumque perfractiones. Quocirca frequenter etiam in interioribus plateis densa multitudinis fuga fiebat, impulsionesque mutuae, et pavores subitanei, perinde ac si barbari iam irrupissent. Ingens etiam fragor ac strepitus in tabernis apud forum excitabatur, foribus violentius collisis. Neque

λευς δὲ, οἶμαι, αὐτὸς οὐ μάλα τὰ ξυνενεχθέντα περιεφρόνει. A. C. 558 ἀπεκοσμοῦντο τοιγαροῦν, πρὸς αὐτοῦ ἐπιτετραμμένον, τὰ ἱερὰ L I, 32 ὁπόσα ἐκτὸς τοῦ ἄστεος ἵδρυται κατὰ τὰ Εὐρωπαῖα μέρη V. 111 καὶ τὸν παράκτιον χῶρον, ὃς δὴ ἄρχεται μὲν ἐκ τῶν καλουμένων Βλαχερνῶν καὶ τοῦ Κέρως, μέχρι δὲ τοῦ Εὐξείνου Πόντου παρατεινόμενος, τῷ Βοσπόρῳ συναπολήγει. τούτων δὴ οὖν ἁπάντων τά τε ἔντιμα τῶν ἀναθημάτων καὶ τὴν ἄλλην ἀφαιρούμενοι κατασκευὴν οἷς ταῦτα ἀνεῖτο, τὰ μὲν ἐφ' ἁμαξῶν φέροντες, εἴσω τῆς πόλεως ἀπετίθεντο, τὰ δὲ ἀκάτοις ἐμβάλλοντες καὶ τὸν μεταξὺ πορθμὸν διαπεραιούμενοι, ἐς τὴν καταντικρὺ ἤπειρον ἀπεκόμιζον. καὶ ἦν ἐν τῷ τότε θεάσασθαι τοὺς ἐκείνῃ νεὼς γυμνοὺς καὶ ἀπηγλαϊσμένους, B ὥσπερ οὔπω τῆς ἁγιστείας μετειληχότας, ἀλλ' ἄρτι καθίστασθαι ἀρχομένους.

ιέ. Οὕτω δὲ φοβεροί τε καὶ μέγιστοι κίνδυνοι ἐπίδοξοι ἦσαν ὡς πάντως ἐσόμενοι, ὥστε ἀμέλει τῷ τε ἐν Συκαῖς τείχει καὶ τῇ χρυσῇ καλουμένῃ πύλῃ λοχαγοί τινες καὶ ταξίαρχοι καὶ ὁπλῖται πολλοὶ ἐφειστήκεισαν, ὡς δὴ προθύμως ἀμυνόμενοι τοὺς δυσμενεῖς, εἴπου ἐπίοιεν. ἦσαν δὲ οὐ μάχιμοι ὡς ἀληθῶς, οὐδὲ μετρίως γοῦν τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοι,

3. ἥδρυται R. 4. ἄρχεται R. Lugd. 2. m. et Intpr. *initium sumunt* (Cl.), ἔρχεται vulg. 5. καὶ τοῦ Κέρως om. Intpr. 8. Pro ἀφαιρούμενοι R. φερόμενοι. 9. ἀπετίθεντο R., ἀπετίθοντο vulg. 13. ἀγιστείας R. 15. ἐπιδόξοις R. et a 2. m. ἐπιδόξης. 17. *Chisea porta* Intpr. 18. ἀμυνούμενοι coni. Cl. 19. ἦσαν δὲ usque ad φυλάσσειν ἐδόκουν p. 311. ed. Bonn. v. 12. om. Intpr.

vero plebem tantum ac vulgus hominum dolor et pavor invaserat, sed etiam omnes urbis primores. Quin et Imperator ipse non parum eo rerum statu commovebatnr. Nudabantur itaque suis ornamentis ipsius permissu atque auctoritate templa, quotquot extra urbem erant sita, ad Europaeum latus et loca littori adiacentia, quae quidem e Blachernis et Cornu ita dictis ad Euxinum usque pontum protensa in Bosporum desinunt. Ex his itaque omnibus pretiosa donaria reliquumque omnem apparatum auferentes ii, quibus id negotii erat datum, partim plaustris in urbem delata in tuto collocarunt, partim cymbis imposita, et freto intermedio traiecto, in adversam continentem detulerunt; eratque tum videre sacras iis in locis aedes nudas omnibusque suis ornamentis exutas, perinde ac nihil adhuc sanctimoniae nactas et recenter exstrui coeptas.

15. Adeo vero terribilia maximaque pericula ut omnino futura, animos occupabant, ut vix in muro a ficubus dicto et porta nuncupata aurea, duces quidam et tribuni militares multique armati constiterint, ut fortiter hostes, si forte impetum facerent, propulsarent. Erant vero neque bellicosi revera, sed ne mediocriter quidem in rebus

facile superaturos et circumnavigaturos flexum muri in altum usque porrecti; ac deinceps citra periculum ad penitiora loca perventuros, utpote neutiquam vallis cincta, praeterquam solo Hellesponto. Quae cum Germanus per speculatores rescivisset, intellexissetque classem illam arundineam non diu tardaturam, quin appelleret, irrisit quidem hostium temeritatem, maxime vero de ea gavisus est, tanquam in rem suam futura. Confestim enim actuarias viginti multiplici remigio naves easque bipuppes viris complens loricatis clypeosque et arcus gestantibus atque harpagines, remigesque iis imponens et naucleros, sub interiorem mari protensum angulum veluti in insidiis applicans occultavit, ne eminus prospici possent. Posteaquam vero barbari, superata transmissaque iam prominentiore atque extrema et trans littus exstante muri parte, ad interiora deflectebant, magnaque animorum confidentia ferebantur: tum vero actuariae Romanorum solverunt, contraque in eas sunt delatae, et quidem secundo aestu adiuvante, adversis proris descendentes, violentius in arundineas naviculas irruunt, atque hae quidem impetus vi in contrarium pulsae, volutabantur circumagebanturque in salo, ita ut vectores subsistere in iis tuto non possent, sed alii in fluctus excussi perirent,

A. C. 558 μηκέτι ἀσφαλῆ τὴν βάσιν παρέχεσθαι τοῖς ἐφεστηκόσιν, ἀλλὰ
I. I. 32 τοὺς μὲν ἐν τοῖς κύμασιν ἀποβληθέντας ἀπόλλυσθαι, τοὺς δὲ συνιζάνειν ἐν αὐταῖς πρὸς ἀνάγκης καὶ διαπορεῖν ὅ, τι καὶ δράσαιεν. οἵ γε μὴν ἔτι ἑστηκότες διεταράττοντο ὑπὸ τοῦ κλυδωνίου, μετρίου μὲν ὄντος καὶ ἐλαχίστου ὡς ἐς νηῶν κίνησιν καὶ ἀκάτων, τοῖς δὲ καλάμοις διὰ τὴν κουφότητα
C καὶ μάλα χαλεπωτάτου. τοιγάρτοι μετέωροί τε θαμὰ ἐγίνοντο ὑπὸ κυρτῷ αἰρόμενοι τῷ ῥοθίῳ, καὶ συγκαθείλκοντο αὖθις κοιλαινομένῳ. καὶ τοίνυν οἱ ἄνδρες διαμάχεσθαι μὲν οὐδὲ ἐπειρῶντο, ἦν δὲ αὐτοῖς οὐδέν τι ἕτερον εὐκτόν τε καὶ ἐσπουδασμένον, ἢ ὅπως ἂν ἑστάναι γοῦν μόνον δύναιντο καὶ βεβηκέναι. οὕτω δὲ τῶν βαρβάρων ἐν θορύβῳ τε καὶ ἀφασίᾳ καθεστηκότων, οἱ Ῥωμαῖοι διέκπλους, ὅποι παρείκοι, ποιούμενοι, ὠθισμοῖς τε ἐχρῶντο καθάπερ ἐν πεζομαχίᾳ, καὶ ταύτῃ πολλοὺς τῶν ἐναντίων κατέβαλλον, ἅτε δὴ αὐτοὶ βεβαιότατα ἐν ταῖς ὁλκάσιν ἐρηρεισμένοι· ἐνίους δὲ τοῖς ξίφεσιν ἐκ χειρὸς πλήττοντες ἔκτεινον. ἐπεὶ δέ γε αὐτῶν πολλαχοῦ καὶ
D ἀφειστήκεσαν, καὶ οὔπω ἐπέλαζον, ἐνταῦθα τοῖς δορατίοις ἐφικνούμενοι καὶ τὰς δρεπανώδεις τούτων αἰχμὰς ταῖς μηρίνθοις ἐκείναις, αἷς δὴ οἱ κάλαμοι ἐτύγχανον συμπεπλεγμένοι, ἐμβάλλοντες, ἐξέτεμνον στοιχηδὸν ἁπάσας, καὶ διέλυον τὴν συνέχειαν. τότε δὴ οὖν οἱ μὲν δόνακες ἀποτμηγέντες

5. Pro ὡς ἐς νηῶν R. εὐνηῶν. 13. ὅπῃ R. παρείκοι R. (Cl.), παρήκοι vulg. 14. ὠθιασμοῖς R., ὠθισμῷ vulg. 18. δ... τίοις ἀφικούμενοι R. 20. κάλα... ἐτύγχαν.. R. 22. τοί... δὴ R.

alii in iis necessario considerent, quid consilii caperent nescientes: quique adhuc erecti stabant, aestus marini vi conturbabantur, moderato quidem illo atque exiguo ad navium lemborumque quassationem, arundinibus autem propter levitatem summopere noxio: quocirca frequenter intumescentibus in convexum undis, sublimes tollebantur, iisdemque residentibus, una in imum deferebantur. Viri itaque confligere ne tentarunt quidem, nihil vero magis vel optabant vel allaborabant, quam ut subsistere tantum possent et obfirmari. Barbaris vero in hac perturbatione et perplexitate constitutis, Romani excursiones navales, data opportunitate, facientes, impulsionibus perinde atque in pedestri certamine utebantur, eaque ratione multos ex hostibus deturbabant, quippe qui firmissime in suis actuariis stabiliti subsistebant; nonnullos autem ensibus cominus ferientes obtruncant. Cum vero longius ab ipsis remoti essent, neque propiores fierent, tum oblongis hastis eos adoriebantur, falcatasque harpagines restibus illis, quibus arundines erant colligatae, immittentes, dissecuerunt ex ordine universas et compagem dissolverunt. Tum demum dissectis ab invicem calamis, sparsimque mari innatantibus,

ἀλλήλων, καὶ σποράδην ἐπινηχόμενοι, ἄλλος ἄλλοθι ἀπεπτύε- A. C. 558
το. οἱ δὲ Οὖννοι, τῆς βάσεως αὐτοὺς ἐπιλειπούσης, ἀθρόον L. I. 32
κατεδύοντο ἐν τῷ βάθει καὶ ἔθνησκον ἀχρήστου ποτοῦ ἐμπιπλάμενοι. οὕτω τε ἅπαντες διεφθάρησαν, καὶ οὐδεὶς ὅστις αὐτῶν ἀνὰ τὴν ἤπειρον ἐπανῆκεν.

κγ΄. Αὐτίκα δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ὅπλα τῶν δυσμενῶν ἀνελόμενοι, ὁπόσα γε ἄνω ἔτι ἐφέρετο καὶ ἐπέπλει, καὶ ἐς τὰ P. 169
πρότερα χωρία κατάραντες, μεγίστης ἡδονῆς καὶ θυμηδίας ἅπαντα ἔπλησαν τὸν στρατὸν, γεγηθότας ἐπὶ τοῖς ξυνενεχθεῖσι. καὶ οὖν ἀθροισθέντες ἅπαντες ἐς ταὐτὸ, ἀποχρήσασθαι ᾤοντο χρῆναι κἂν τοῖς ἐφεξῆς τῷ καιρῷ καὶ τῇ τάξει τοῦ προτερήματος. τοιγάρτοι ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις εὖ μάλα καθοπλισθέντες, ἐκδρομὴν ἀθρόον ἐκ τοῦ περιβόλου πεποίηνται, καὶ προσβάλλουσι τῷ λοιπῷ πλήθει τῶν ἐφεδρευόντων βαρβάρων ἀνιωμένων ἔτι ἐπὶ τῇ ξυμφορᾷ καὶ κατεπτηχότων. τότε δὴ οὖν ὁ Γερμανὸς, ἅτε δὴ νεώτατος ὢν καὶ οὔπω ἐντελῶς τὰς τῆς φύσεως ἐπέχειν ὁρμὰς καὶ ἐγκατείργειν δυνάμενος, ἀλλὰ πλέον τοῦ προμηθοῦς καὶ βεβηκότος τῷ φιλοδοξοῦντι τοῦ τρόπου καὶ προθυμουμένῳ πέρα τοῦ B
μετρίου ἐγκείμενος, ἀφειδῶς ἐπῄει τοῖς πολεμίοις καὶ προὐκινδύνευε, οὐ στρατηγικῶς ἐπείγων καὶ διατάττων, ἀλλὰ στρα- V. 118
τιωτικώτερον συμπλεκόμενος· τῷ τοι ἄρα καὶ πλήττεται βέ-

1. ἀπεπτύσσετο Par. 2. αὐτοὺς R., αὐτοῖς vulg. 3. ποτοῦ R. et Intpr. *insueta potione*, ποταμοῦ vulg. 9. ἅπαντα R. et Intpr. (Cl.), ἅπαντες vulg. 12. εὖ μάλα add. ex R. et Intpr. *armis quam optime communiti.* 16. νεώτερος Par. 17. ἐγκαθείργειν Suid. s. v. ἀφειδήσας.

alius alio disiectus est. Hunni vero, cum basis naviculae eos deficeret, confestim in profundum demersi sunt, insueta potione ingurgitati. Atque ita universi perierunt, neque quisquam omnino eorum ad continentem rediit.

23. Romani vero, abreptis confestim hostium armis, quotquot adhuc aequori innatabant, et ad priora loca reversi, summa voluptate et gaudio universum exercitum implerunt, felici successu ovantem. Quocirca omnes in unum collecti utendum esse etiam in posterum occasione reique bene gestae opportunitate censebant. Paucis itaque postea diebus sumtis armis, eruptionem confestim e muro fecerunt, reliquamque barbarorum multitudinem invaserunt, recenti adhuc clade moerentem atque perculsam. Tum vero Germanus, utpote admodum iuvenis, quique nondum perfecte impetus naturae frenare compescereque poterat, sed gloriae cupiditati audaciaeque magis, quam prudentiae securitatique ultra modum addictus, intrepide hostes adortus est, conflictusque discrimen adiit, non praefecti in morem urgens incitansque et mandans, sed ipse instar militis manus conserens; unde

A. C. 558 λει τὸν μηρὸν, ὡς μικροῦ δεῖν μελλῆσαι ἀπόμαχος ἔσεσθαι·
I. I. 32 πλὴν ἀλλ' ἡ τῶν ἐφεστηκότων πραγμάτων ἀνάγκη, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἐγχειρήματος ἐγκρατέστερα τῆς ὀδύνης γεγένηται· καὶ οὐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτός τε μοχθῶν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγκελευόμενος, πρὶν σφόδρα πημῆναι τὸ δυσμενὲς καὶ πολλοὺς ὅσους διαχειρίσασθαι. τότε μὲν οὖν διελύετο ἡ μάχη· καὶ οἱ Ῥωμαῖοι αὖθις εἴσω τοῦ ἐρύματος ἐπανῆλθον, γινώ-
C σκοντες ὡς οὐκ ἀσφαλὲς αὐτοῖς οὐδὲ εὔβουλον κατὰ πολὺ τῷ πλήθει ἐλαττουμένοις, εἶτα μέχρι παντὸς συστάδην διαγωνίζεσθαι. εἰς τοῦτο δὲ ὅμως οἱ βάρβαροι ἤλασαν ἀπορίας ἐπί τε τῇ ἐκ τῶν ναυαγίων φορᾷ, καὶ ὅτι ἀθρόον οἱ Ῥωμαῖοι κατ' αὐτῶν προσβολὴν ἐποιήσαντο, ὡς μεθεῖναι αὐθημερὸν τὰ ἀμφὶ τὴν Χεῤῥόνησον πεδία, καὶ πρὸς τὸν Ζαβεργάν τε καὶ τὸν ἀμφ' αὐτὸν ὅμιλον ἀφικέσθαι, ἡττημένοι πρὸς ἡττημένους. οἱ δὲ ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα πρότερον ἐσταλμένοι, οὐδέν τι ἀξιαφήγητον ἔδρασαν, μήτε τῷ Ἰσθμῷ προσβαλόντες, μηδέ γε τὴν ἀρχὴν τὰς Θερμοπύλας παραμειψάμενοι διὰ τὴν φρουρὰν
D τῶν ἐκεῖσε ἱδρύσθαι τεταγμένων Ῥωμαίων. τοιγάρτοι ἀποχωρήσαντες καὶ οἵδε, τῆς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην εἴχοντο πορείας, ὡς ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ εἰκὸς τοῖς ὁμοφύλοις προστεθησόμενοι, καὶ κοινῇ τολοιπὸν ἐς τὰ σφέτερα ἐπανήξοντες. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ζαβεργὰν οὐ πρότερον ἀποστήσεσθαι ἔφασαν, πρὶν ἂν χρήματα

6. διαχειρίζεσθαι R. 11. ἀθρόαν vulg. 22. ἔφασαν R., ἔφρασαν vulg. χρήματα πολλὰ R.

et sagitta femur ictus est, ita ut parum abfuerit, quin ei pugna excedendum esset: praesentis tamen status necessitas et rei, quam aggressus erat, magnitudo dolorem vicit: neque prius destitit et ipse pugnare et aliis animos addere, quam ingenti damno hostes affecisset, plurimique ex iis essent caesi. Tum itaque soluta est pugna, et Romani se in suas munitiones receperunt, neque tutum neque consultum rati, si, cum longe essent copiis inferiores, stataria semper pugna cum hoste confligerent. Barbari nihilominus eo consternationis sunt redacti, partim ex naufragis tabulis, quae per mare raptabantur, partim quod Romani subitam in ipsos eruptionem fecissent, ut eo ipso die campis Chersoneso circumiacentibus excesserint, et ad Zabergan eiusque copias, victi ad victos, pervenerint. Qui vero in Graeciam antea missi erant, nihil plane memoratu dignum gesserunt, nullo in Isthmum impetu facto, sed ne Thermopylas quidem initio transgressi, quod illas Romanorum praesidia insedissent. Quocirca etiam hi discedentes, iter Thraciam versus sunt ingressi, ut in ea suae gentis hominibus coniuncti, simul deinceps ad sua reverterentur. Zabergan vero eiusque copiae non antea se discessuros iactabant, quam ingentem auri vim a Romanis abstulissent, quemadmodum

ὡς πλεῖστα παρὰ Ῥωμαίων κομίσαιντο, καθάπερ οἱ Οὐτίγου- A.C. 558
ροι· τούς τε αἰχμαλώτους, εἰ μὴ θᾶττον πρίαιντο οἱ ἐπιτή- I. L. 32
δειοι, ἀποσφάττειν αὐτίκα ἠπείλουν. ὁ δὲ βασιλεὺς χρυσίον
αὐτοῖς ἔστειλεν, ὁπόσον ἀποχρῆν ᾤετο ἔς τε τὰ λύτρα τῶν ξυν-
ειλημμένων, καὶ ὅπως εἰρηναῖοι τολοιπὸν ἀπαλλαγεῖεν τῆς χώ-
ρας. καὶ δὴ ἄλλους τε πολλοὺς ἀπέδοντο, καὶ δὴ Σέργιον τὸν
Βάκχου τὸν στρατηγόν· ἑαλώκει γὰρ ὀλίγου ἔμπροσθεν καὶ αὐ-
τὸς ἀπαισίᾳ τινὶ χρησάμενος τύχῃ, καὶ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐτέ- P. 170
λει. οὕτω τε μόλις ἐπαύοντο λεηλατοῦντες, καὶ τῆς οἴκαδε
εἴχοντο πορείας, ἀναλαβόντες οὐκ ἐς μακρὰν καὶ τοὺς ἐκ τῆς
Ἑλλάδος ἀφικομένους.

κδ'. Τοῖς μὲν οὖν τῆς πόλεως τῆς βασιλίδος ἀστοῖς αἱ
τοιαῦται ξυνθῆκαι ἀγεννεῖς εἶναι ἐδόκουν καὶ αἰσχραὶ καὶ ἀνε-
λεύθεροι· εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον, ὅτι δὴ πλησιαί-
τατα τῆς πόλεως οἱ πολέμιοι ἀφιγμένοι καὶ ἐγγελάσαντες,
οὐκ αὐτοὶ πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν, ἀλλ' ἔτι καὶ χρυσίον
ἐκομίσαντο χαριστήριον, ὥσπερ ἡμῶν ἐς αὐτοὺς πεπλημμε-
ληκότων. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γνώμη ἐς ἄλλο τι μεῖζον ἑώρα, B
ὅπερ οὐκ ἐς μακρὰν ἀποβὰν ἔπεισε τοὺς πρότερον νεμεσῶν-
τας ὑπεράγασθαι αὐτὸν ὡς ἄγαν προμηθῆ καὶ ἀγχινούστατον·

1. *Οὐτίγουροι* correxi ex p. 300. 3, 303. 11. et Menandro historico., *Οὐττίγουροι* vulg., *Οὐτρίγουροι* R. 4. *τε* ins. ex R. 6. *δὴ* om. R. 8. *τινὶ χρησ.* R., *χρησ. τινι* vulg. 13. *ἀνε.....* R. cum lacuna usque ad *οὐκ αὐτοὶ*, tum autem pergit: *τοῦ πανωλ.* 14. *εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον.* Ita haec, quae certe non bene habent, in Par. leguntur: in Lugd. et ed. pr. negatio omittitur. In R. lacunam esse iam dixi. Intpr. *nec plane existimabant id quodam pacto ferendum.* 16. *καὶ* om. R. 19. *ὅπερ* R., *ὥσπερ* vulg. et Intpr. 20. *ὡς* R., *ἐς* vulg.

Utiguri; et captivos, nisi ab eorum propinquis quamprimum redimerentur, confestim iugulaturos sese minabantur. Imperator vero tantum auri eis misit, quantum redimendis captivis suffecturum censebat, et ut pacifici deinceps regione excederent. Barbari itaque cum alios multos restituerunt, tum vero etiam Sergium Bacchi filium praefectum; captus enim fuerat etiam ipse paulo ante, infausta quadam usus fortuna, et inter mancipia censebatur. Atque ita aegre tandem a praedando abstinuerunt, et domum versus iter instituerunt, assumtis secum non multo post etiam iis, qui e Graecia advenerant.

24. Civibus itaque urbis regiae haec pacta parum honesta esse videbantur, immo turpia atque illiberalia; perinde ac si intolerabile esset, quod hostes, qui quam proxime ad urbem venerant, eique per ludibrium insultarant, non ipsi ad internecionem caesi essent, sed insuper etiam aurum donativum abstulissent, quasi nos in ipsos deliquissemus. Imperatoris vero mens atque consilium ad aliud quiddam maius respiciebat, quemadmodum eventus non multo post sub-

A. C. 558 ἔγνω γὰρ χρῆναι μᾶλλον ἁπάσῃ μηχανῇ ξυγκρούεσθαι τὸ βάρ-
L. I. 32 βαρον ἐφ' ἑαυτὸ καὶ ἐκπολεμοῦσθαι. ὡς ἂν δὲ τοῦτο συμβαίη, αὐτίκα, ἕως οἱ ἀμφὶ Ζαβεργὰν μαλθακώτερον ἐπορεύοντο, ἔστελλε γράμμα παρὰ Σάνδιλχον τὸν ἕτερον ἡγεμόνα ἔνσπονδόν τέ οἱ ὄντα καὶ μισθοφόρον. ἐδήλου δὲ τοιάδε ἄττα τὸ γράμμα· „Εἰ μὲν ἐπιστάμενος τὰ παρὰ τῶν Κοτριγούρων ἐφ' ἡμᾶς μεμελετημένα εἶτα ἑκὼν ἠρεμεῖς, θαυμάσαιμι ἂν εἰκότως σοῦ μὲν τῆς ἀπιστίας, ἡμῶν δὲ αὐτῶν τοῦ
C μὴ τῆς σῆς γνώμης ὀρθότατα ἐστοχάσθαι, ἀλλὰ περὶ τὴν κρίσιν διαμαρτεῖν· εἰ δὲ οὔπω μεμαθηκὼς, συγγνωστέον μὲν, ἐπιδείξῃς δὲ ἂν οὐκ ἄλλως τὴν ἐπὶ τοῦ φθάσαντος ἄγνοιαν, ἢ μόνῳ τῷ μὴ μετὰ ταῦτα μελλῆσαι. παραγεγόνασι γὰρ ἐνθάδε, οὐ τοῦτο μέλον αὐτοῖς καὶ ἐσπουδασμένον, ὅτι μὴ ὡς ὁδοῦ πάρεργον, τὸ δεῖν λυμήνασθαι τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων δηλώσοντες, ὅτι δὴ τοὺς μείζονάς τε καὶ ἀρίστους παρέντες ἐξηπατήμεθα, τὸ ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι προὔργου ποιούμενοι. οὐδὲ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναι ἡγοῦνται, ἤν τις αὐτοὺς ἴσους τε καὶ ἀμφηρίστους τοῖς Οὐτιγούροις ἀποκαλέσοι,
V. 119 οὐδὲ εἰ μετρίῳ τινὶ ὑπερβάλλειν, μόλις δὲ εἴγε σφόδρα πολ-
D λῷ. καὶ τοίνυν οὐκ ἀνῆκαν ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἀλώμενοι, πρὶν

2. ἑαυτὸ R., ἑαυτῷ vulg. 4. *Σάνδιλχον* R. vulg. et Menander, *Σάνδιχλον* Intpr. h. l., ut p. 303. v. 11. ed. Bonn. omnes. 6. *πρᾶγμα* R., sed in mg. *γράμμα*. *Κοτριγούρων* R. et Intpr., *Κουτρ.* vulg. 11. *ἐπιδείξεις* R. 12. Pro *μετὰ* Par. *κατὰ*. 16. *τῷ* R. in ord., *τὸ* in mg. 18. *Οὐτριγούροις* h. l. R. et vulg. 19. *ὑπερβάλλοιεν* Par.

secutus effecit, ut qui antea ipsum incusarant, tum ut valde prudentem summeque industrium maxima admiratione laudibusque prosequerentur. Statuerat enim omni arte allaborandum esse, ut inter se committerentur et colliderentur hostes, atque ita debellarentur. Quod quidem ut statim eveniret, interea dum Zabergan cum suis copiis lentius iter facit, litteras misit ad Sandilchum alterum Hunnorum ducem, foederatum sibi et mercenarium: litterarum huiusmodi erat argumentum: „Si quidem non ignarus eorum, quae Cotriguri in nos tentarunt, tua interim sponte quiescis, merito certe mirer tuam quidem perfidiam, tum vero nos ipsos, qui animum tuum non satis exploraverimus, sed circa iudicium et delectum erraverimus. Si vero ignarus adhuc eorum exsistis, condonandum id quidem est, nulla tamen ratione praeteritarum rerum ignorantiam nobis probaveris, quam hac sola, si eas posthac non neglexeris. Advenerunt enim huc, non eo animo et studio, (nisi fortassis accessorium hoc viae sit,) ut meas ditiones vastent, sed rebus ipsis declaraturi, quod ipsis ut praestantioribus fortioribusque contemtis decepti simus, cum tibi confidere maluerimus; neque enim hoc tolerandum esse censent, si quis eos et pares et dubiae cum Utiguris praestantiae vocet, neque si modica aliqua re superent, nedum valde magna. Quocirca non

τὸ χρυσίον ἅπαν, ὁπόσον σοι ἀν' ἔτος ἕκαστον μισθοῦ χάριν A. C. 558 *δωρεῖσθαι εἰώθαμεν, αὐτοὶ ἐκομίσαντο· καίτοι ῥᾴδιον ἦν* L. I. 32 *ἡμῖν, ἢ ἄρδην ἅπαντας ἀποκτεῖναι, ἢ, τὸ γοῦν ἔλαττον, ἀπράκτους σφᾶς ἀποπέμψασθαι. ἐφήκαμεν δὲ ὅμως ἑκάτερα τῆς σῆς πειρώμενοι δόξης. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀνδρειότερος εἶ καὶ φρενήρης, καὶ οἷος μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς τὰ σὰ σφετεριζομένοις, οὐδὲ νῦν ἔλαττον ἕξεις. πάρεστι γάρ σοι ἐν καιρῷ τὸ δυσμενὲς ἀμύνασθαι, καὶ τῇ μάχῃ κεκρατηκότι τοὺς οἰκείους μισθοὺς ἀπολαβεῖν, ὥσπερ δι' αὐτῶν σοι ἀπεσταλμένους. εἰ δὲ καὶ τοιαῦτα πρὸς αὐτῶν ὑβρισμένος ἡσυχίαν ἄγειν ἐθέλεις, δεδιώς, οἶμαι, καὶ τὴν αἰσχίστην ἑλόμενος ἀ-* P. 171 *πραγμοσύνην, σὺ μέν, ὦ γενναῖε, ἀπόμισθος ἔσῃ, ἐκείνοις δὲ τὰ παρ' ἡμῶν δεδωρήσθω· καὶ τολοιπὸν μέθες, εἰ δοκεῖ, τὸ φρόνημα, καὶ τοῖς κρείττοσιν εἴκειν διδάσκου. εὖ γὰρ ἴσθι, ὦ φέριστε, ὡς καὶ τὰς συνθήκας μεταθετέον ἡμῖν ἐπ' αὐτούς, ἃς δὴ πρὸς σὲ καὶ τὸ σὸν ἐθέμεθα γένος. ἀνόητον γὰρ καὶ ἄλλως τοῖς ἡττωμένοις συναδοξεῖν, παρὸν τὸ κρατοῦν οἰκειώσασθαι."*

κε'. Ταῦτα ὁ Σάνδιχλος διὰ τῶν ἑρμηνέων ἀναλεξάμενος, εὐθὺς ἐχαλέπαινε καὶ ἐλύττα καὶ κατέχειν οὐ μάλα οἷός τε ἦν τὴν ὀργήν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἵετο τίσασθαι τοὺς Κοτριγούρους τῆς ἐς αὐτὸν παροινίας. πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ῥᾳδίως B

11. *ὡς ἀπραγμ.* R. 19. *Σάνδιχλος* iterum solus Intpr., *Σαλγίλος* R., *Σάνδιλχος* vulg. 21. *ἵετο* R. et vulg.

antea per Thraciam vagari destiterunt, quam aurum omne, quantum tibi quotannis mercedis causa largiri consuevimus, ipsi abstulissent. Atqui facile nobis erat, vel omnes funditus delere, vel minimum ipsos voti nequaquam compotes dimittere. Utrumque tamen omisimus, tuae voluntatis periculum facturi. Si enim revera fortior es et sapis, neque concedis tua usurpantibus, ne nunc quidem tibi dissimilis aut te ipso minor eris. Opportunitas enim sese offert hostes vindicandi, utque parta victoria mercedem tuam recipias, veluti per ipsos tibi delatam. Si vero tali contumelia ab iis affectus, quiescere malueris, metuens, ut arbitror, turpissimaeque inertiae te dedens, tu quidem, bone vir, mercedis expers eris, illis vero haec per nos donabitur; et deinceps animos, si videtur, depone et fortioribus disce cedere. Scito enim, nos foedera etiam nostra ad eos esse translaturos, quae tecum et cum gente tua inieramus. Dementiae enim fuerit etiam aliter, una cum victis in societatem ignominiae venire, cum liceat victoribus adiungi."

25. Haec cum Sandichlo per interpretes essent recitata, statim exacerbatus furebat, impotente ira percitus, eoque ipso die ad vindicandam Cotrigurorum in se contumeliam prorupit. Quo pacto enim non facile eiuscemodi verbis concitaretur animus barbarus et arro-

A. C. 558 I. I. 32 τοῖσδε τοῖς ῥήμασι διαταραχθῆναι ψυχὴ βάρβαρος καὶ αὐθάδης, καὶ ἀεὶ κερδῶν γλιχομένη; τοιγάρτοι κινήσας τὸν οἰκεῖον στρατὸν, πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ἀθρόον τοῖς τῶν πολεμίων χωρίοις· καταπλήξας τε τοὺς αὐτοῦ μεμενηκότας τῷ ἀπροσδοκήτῳ, γύναια πολλὰ καὶ παῖδας ἠνδραποδίσατο. ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐκ Θρᾴκης ἐπανερχομένοις ἄρτι τὸν Ἴστρον ποταμὸν διαπεραιωθεῖσιν ὑπαντιάζει ἐξαπιναῖα· καὶ πολλοὺς ὅσους ἀποκτείνας, τά τε χρήματα αὐτοὺς τὰ παρὰ βασιλέως καὶ ἅπασαν τὴν λείαν ἀφαιρεῖται. μόλις δὲ οἱ σεσωσμένοι ἐς τὰ σφέτερα ἤδη ἀπονοστήσαντες καὶ κατ' αὐτὸ τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, ἐς C πόλεμον τοῖς ἐναντίοις καθίσταντο· οὕτω τε ἐξ ἐκείνου ἐπιπλεῖστον ἑκάτεροι διετέλουν κατ' ἀλλήλων τρεπόμενοι, καὶ τὴν δυσμένειαν ἐμπεδοῦντες. νῦν μὲν γὰρ ἐφόδους καὶ λεηλασίας ἐποιήσαντο, νῦν δὲ ἐς ἐμφανῆ μάχην παρετάττοντο, ἕως ἑκατέρωθεν αἱ δυνάμεις διαῤῥυεῖσαι ἀνάστατοι ἄρδην γεγένηνται, ὡς καὶ αὐτὴν δήπου τὴν πάτριον ἐπωνυμίαν ἀποβεβληκέναι. ἐς τοῦτο γὰρ συμφορᾶς τάδε τὰ Οὐννικὰ ἔθνη ἐξώκειλεν, ὡς εἴπερ ἄρα τι αὐτῶν καὶ μεμένηκεν μέρος, σποράδην ἑτέροις D δουλεύειν, καὶ ἐς τὸ ἐκείνων ὄνομα μεταβεβλῆσθαι. οὕτω δή τι αὐτοὺς ἐνεργότατα μετῆλθον αἱ ποιναὶ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων. ἀλλ' ἡ μὲν παντελὴς τοῖνδε τοῖν γενοῖν ἀνατροπὴ καὶ κατάλυσις χρόνῳ ὕστερον ξυνηνέχθη, καί μοι εἰρήσεται ἑκα-

3. πρῶτα R., πρῶτον vulg. 6. ποταμὸν om. R. διαπεραιωθεῖσιν R., περαιωθ. vulg. 7. ἐξαπιναῖα R., ἐξαπιναίως vulg. 10. κατ' αὐτὸ R., κατὰ ταὐτὸ vulg. 14. ἐποιήσαντο R., ἐποιοῦντο vulg. ἐμφανῆ R. (Cl.), ἀφανῆ vulg. 15. αἱ om. R. 21. καὶ κατάλ. R., καὶ ἡ κατάλ. vulg.

gans, semperque quaestui inhians? Motis itaque suis copiis, primum quidem repente hostilia oppida invadit, et habitatoribus inopinato insultu perculsis, magnam mulierum et puerorum vim captivam abduxit, deinde etiam in eos, qui e Thracia redierant et recenter Istrum fluvium traiecerant, ex improviso irruit, et quamplurimis caesis, pecuniam omnem ceteramque praedam iis eripit. Qui vero ex his evasere, cum aegre se ad suos recepissent reliquisque copiis coniunxissent, aciem adversus hostes instruxerunt, atque ita deinceps multo tempore in mutuas caedes conversi, inimicitias corroborarunt. Modo enim insultus faciebant praedasque agebant, modo aperta acie decertabant, donec fractis collapsisque utrimque viribus, penitus subversi deletique fuerunt, adeo ut patriam etiam appellationem amiserint: eoque calamitatis Hunnicae istae nationes sunt redactae, ut si aliqua adhuc eorum pars reliqua sit, sparsim aliis inserviat, et ab illis appellationem acceperit: adeo utique atroces poenas praeteritae suae impietatis luerunt. Absolutissima vero harum nationum eversio atque internecio postmodo accidit; singulaque mihi conveni-

στα προσηκόντως ἁρμοζομένῳ ὡς οἷόν τε τῇ τῶν χρόνων ὁμο- A. C. 558
λογίᾳ. τῆς δὲ στάσεως ἔτι ἀκμαζούσης καὶ κατὰ τὸ Βυζάντιον L. I. 32
ἀπαγγελλομένης, τότε δὴ ἅπασιν ἀνωμολόγητο καὶ διαδηλοτάτη ἐδείκνυτο ἡ τοῦ βασιλέως προμήθεια καὶ εὐβουλία, ὅτι δὴ τῶν βαρβάρων ὑπὸ σφῶν διαφθειρομένων, αὐτὸς ὅπλα μὴ κινῶν πάντως ἐνίκα τῇ γνώμῃ ἐφ' ἑκατέρᾳ ῥοπῇ τοῦ πολέμου, καὶ ἀπήλαυε τῆς ἐλπίδος. ἐπειδὴ γὰρ ἐμόχθουν ἑκάστοτε τοῖς οἴκοι δεινοῖς ἐνησχολημένοι, οὐκέτι κατὰ Ῥωμαίων χωρεῖν διενοοῦντο· ἀλλὰ καὶ ὅποι γῆς ἐτύγχανον ὄντες, τοῖς πλείστοις ἠγνόηντο.

enter servato, quoad eius fieri poterit, temporum consensu dicentur. Vigente vero adhuc seditione, et Byzantium renuntiata, tum demum cognita fuit manifesteque declarata Imperatoris prudentia et consilii rectitudo, quod nimirum barbaris se invicem conficientibus, ipse arma non movens, vicit omnino consilio in utraque belli inclinatione, et potitus est sua spe. Cum enim laborarent, quotidie domesticis malis occupati, haudquaquam deinceps Romanorum ditionem infestare in animum suum inducebant; sed et ubi terrarum essent, a plurimis fuit ignoratum.

BONAVENTURAE VULCANII

NOTAE

IN AGATHIAE HISTORIAS.

P. 178 *Pag.* 1. ed. Par. [p. 3. ed. Bonn.] *Ἀγαθίου*. Auctor hic
V. 126 ab omnibus vocatur *Ἀγαθίας*, ut et ipse de se loquens *pag.* 5. *lin.* 29. [8, 18.] *ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα.* In Epigrammatibus tamen interdum se vocat *Ἀγαθίον*.

Σχολαστικοῦ. Hoc est, *συνηγόρου*, sive advocati. Erant enim inter alias scholas sive collegia etiam iuris peritorum scholae, unde scholastici dicti. Iuri vero se legibusque Romanis operam dedisse testatur Agathias *pag.* 5, *lin.* 31. [9, 1.] *τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες.* et sub initium libri tertii testatur se a mane in vesperum in porticu regia forensibus negotiis implicari, ut pulcherrimo epigrammate ad Silentiarium, cuius initium est *ἐνθάδε μὲν χλοάζουσιν*, testatur se iuris studio occupationibusque forensibus ab agris et a sylvis et suavissimo in iis avium concentu, et ab amoribus suis avelli; his verbis, quibus epigramma claudit,

— *ἀλλά με θεσμοὶ*
εἴργουσιν ῥαδινῆς τηλόθι δορκαλίδος.

quod Ill. V. Ios. Scaliger ita vertit,

— *Sed me iuris tutela, piusque*
Dorcalide a tenera tam procul arcet honos.

Pag. 3. *lin.* 38. [6, 14.] *ἕτερά τε πολλά.* Haec ad lineam usque 12. *pag.* 4. [7, 3.] ad verbum *γιγνώσκειν* omisit vetus interpres, cum tamen elegantissimam contineant poëtices commendationem e Platone desumptam.

Pag. 5. *lin.* 53. [9, 2.] *Μύριναν.* Falluntur qui Agathiae patriam fuisse putant Smyrnam, quae vel locus Corinthi, vel Corinthus ipsa fuit; error inde meo iudicio natus, quod apud Suidam ita legatur, *Ἀγαθίας σχολαστικὸς σμυρναῖος*: cum *τὸ σμυρναῖος* non sit nomen patriae, sed referendum sit ad *σχολαστικός*. quod nimirum ibi scholasticum sive ad-
P. 179 vocatum egerit, tametsi medicorum potius scholis Smyrna

fuit celebris, ut iurisconsultorum Berytus. *pag* 4. *lin.* 35. [7, 16.] a voce ἀλλὰ usque ad *lin.* 2. *pag.* 7. [10, 8.] ad verbum ἀξίων omissa sunt a Persona vetere Agathiae interprete, quum tamen elegantissime in his historiam multum habere cum poëtica affinitatis ostendat, et patriam suam accurate describat; ac denique historicorum sui temporis adulatoria vitia perstringat, quod plerique eorum encomia, non historiam scribere videantur.

Pag. 8. *lin.* 21. [12, 11.] lege potius dualiter Ῥωμαίω. tametsi non verti *Romani erant*, sed *a Romanorum partibus stabant*, quod haec nomina Stotzas et Gontharis Romanorum appellationes nequaquam esse videantur.

Pag. 9. *lin.* 19. [13, 8.] ἄωτα. si durius videtur ἄωτα interpretari *inaudita* pro ἀνήκουστα, ut omnino Graecis ea significatione est insolens vox, lege potius ἄτοπα καὶ παράλογα.

Pag. 13. *lin.* 1. [17, 3.] οὐ νομάδες. *Campestres*; incertis sedibus errantes, ut Scythae, de quibus Horatius, *Campestres melius Scythae, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.* Nam *pastores*, ut vertit Persona, sunt νομῆες. *lin.* 5. [*l.* 6.] θείον θεραπείαν. Nimis quam inepte Persona *medelis* vertit, cum dicat, Francos religione et cultu numinis convenire cum Romanis. *lin.* 29. [19, 2.] ἐς ἐκείνου τοῦ καιροῦ. ἐς accipio pro ἕως, ut et Hom. ἔς τι pro μέχρι τινός.

Pag. 14. *lin.* 28. [20, 4.] ἐνέρσει. Est autem ἔνερσις nexus capillorum in acutum desinens, qui quidem in viris vocatur κρώβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκόρπιος. *lin.* 35. [*l.* 20.] Θευδέριχος* ἁλούς. Tametsi non male legi possit Θευδέριχος ἀδελφός, malui tamen veterem lectionem retinere, et lacunam supplere adiectione vocis νόσῳ: qua phrasi Agathias etiam alibi utitur, νόσῳ ἁλούς, *morbo correptus.*

Pag. 15. *lin.* 27. [22, 9.] lege οὐ τῶν τιθασῶν δήπου τούτων καὶ ἀροτήρων. nisi mavis subaudiri τὸ, ἐοικώς.

Pag. 17. *lin.* 28. [26, 18.] Ἀλανώ. Ita V. C. legendum omnino Ἀλεμάννω.

Pag. 20. *lin.* 21. [32, 16.] οὐκ ἀριθμητῇ. Suidas in voce Ἀλιγέρνης legit οὐ σταθμητῇ, recte. Est enim τὸ σταθμητόν idem quod μετρητόν; vox Arriano familiaris. *lin.* 31. [33, 9.] ἔνδηλοι. melius ἔκδηλοι. *lin.* 36. [*l.* 13.] ἔδοξε ἀποπειρᾶσθαι. Suidas legit ἔδοξε χρῆναι ἀποπειρᾶσθαι. *lin.* 21. [39, 4.] παρῆγε. Suidas legit παρήγαγε. *lin.* 22. [*l.* 4.] ἐναλλάγδην. Verti, *Complicatim*, συμπεπλεγμένως.

Pag. 24, *lin.* 1. [40, 10.] ἀτάσθαλον. Vocabulis Homericis frequenter et valde apposite utitur Agathias, quae annotarem explicaremque suis locis per Homerum, nisi Homerum potius per Agathiam commodius alias explicare statuis-

sem. *lin.* 10. [*l.* 18.] μαθεῖν. Suidas rectius legit μεταμαθεῖν.

Pag. 24. *lin.* 40. [42, 3.] οὐ σύνηθες. Suidas οὐ γὰρ σύνηθες.

Pag. 26. *lin.* 25. [45, 13.] δυσθανατῶν verti, *Cum morte conflictans.* qua voce in eadem fere significatione utitur etiam infra *pag.* 98. *lin.* 36. [189, 3.]

Pag. 27. *lin.* 12. [47, 2.] ὑπερήμει. Legendum omnino ὑπερημέκτει. hoc est *moleste et indigne tulit.* Frequens est apud Herodotum usus Ionici verbi ἠμεκτεῖν, quod interpretatur Scholiastes δυσφορεῖν. et περιημεκτεῖν, hoc est ἀγανακτεῖν, δυσχολαίνειν, ἀνιᾶσθαι. *molestia et moerore affici*: ita ut τὸ ὑπὲρ Agathiae significet ὑπερβολὴν, ut τὸ περὶ Herodoto τὴν περισσότητα. *lin.* 20. [*l.* 10.] καὶ παιδείας μὲν αὐτῷ οὔτοι μάλα μεστῶς. Vitium est Cod. MS. Legendum omnino μετῆν. ut et Suidas legit, et Agathias hac ipsa *pag. lin.* 11. [*l.* 1.] utitur, εἰ μετῆν ἐν μέρει καὶ εὐβουλίᾳ τῇ ῥώμῃ. multisque aliis in locis hac phrasi utitur.

Pag. 28. *lin. antep.* [50, 18.] ὄνομα Ἰλλυρικόν. Persona videtur legisse ἔρυμα. vertit enim, *Castello Illyrico.*

Pag. 29. *lin.* 19. [51, 13.] ὁμολογία. Crediderim Agathiam scripsisse ὀγκολογία.

Pag. 30. *lin.* 6. [53, 3.] μεταπύργια. Vitruvius haec intervalla turrium appellat. *lin.* 12. [*l.* 8.] ἁρμοσταί. *Moderatores* vel *correctores* rectius eos vocandos censui, quam
P. 180 ut Persona, *legatos.* *lin.* 39. [54, 9.] μόνον. Persona legit βόνον, quem etiam secutus sum; tametsi codicis mei lectio magis placet.

Pag. 31. *lin.* 9. [55, 5.] ἐς νέωτα. Misere lapsus est vetus Interpres vertens: *ad Neota oppidum*; qui error ipsum etiam Agathiae interpolatorem ita subterfugit, ut in Indice Agathiae annotarit, Neota oppidum, cum ἐς νέωτα significet ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος, in proxime sequentem sive novum annum. Redintegratum enim est bellum statim ineunte vere sequentis anni. Ita enim orditur secundum librum Agathias, ἤδη δὲ τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου. *lin.* 19. [*l.* 13.] τὰ ἀρχεῖα verti *Archiva*, per quae eam Curiae partem, in qua haec asservantur, intelligo. *lin.* 22. [*l.* 15.] κιγκλίδων. Eleganter explicat etymon vocis latinae *cancellaria*, eiusque usum, arcendo scilicet vulgo. *lin.* 24. [*l.* 17.] ὀπαδῶν πρωτοστάτης. Hunc Primicerium domesticorum vocat Notitia Imperii. ita infra Agathias *pag.* 35. *lin.* 43. [80, 9.] Ζάνδαλάς τε ὁ τῶν ὀπαδῶν ἐπιστάτης τοῦ τε θητικοῦ καὶ τοῦ οἰκετικοῦ.

Pag. 34. *lin.* 32. [61, 22.] παλίωξιν. hoc est, ut recte interpretatur citans hunc ipsum Agathiae locum Suidas, ἐξ

ἐπιστροφῆς δίωξιν, quod ἐπιτήδευμα sive artem, μεταστροφάδην scilicet, hoc est retroversim in fuga pugnandi, Agathias barbaris peculiarem fuisse scribit infra *pag.* 64. *lin.* 4. [120, 15.] unde elegantissimum illum Hunnorum morem, et quo pacto ea ratione multo gravius hostem laedebant, petere potes. Est vero etiam παλίωξις vocabulum plane Homericum, de quo alias, ut supra pollicitus sum, commodior erit dicendi locus.

Pag. 35. *lin.* 8. [64, 4.] καὶ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι. Annotavit hunc locum in suis Animadversionibus Hadrianus Iunius lib. 1. cap. 4. et versionem Personae, quae sic habebat, *et tuba classicum personante obtundi*, sic corrigit, *et confestim tuba classicum canente, ad signa turmatim* V. 127 *cogi.* addens, *id enim est meo quidem iudicio καταβομβεῖσθαι, instar apum examinis condensari, vel apum more convolare.* Ego hoc tantum Narseti propositum fuisse arbitror, ut et equitum et equorum aures crebro tubarum clangore personarentur eique assuefierent. Alia erant multa eo loco digniora, quae Iunii aut alioqui illius, qui totum Agathiam interpolavit, obelisco configerentur, cuius generis est illud καὶ τὰ λήϊα ἐμιαίνετο; quod ille ita vertit, *praedaque omnis conspurcabatur*, pro *segetes polluebantur*, cum videlicet passim sparsa iacerent cadavera. Vere autem Iunius caput illud hisce verbis claudit: *Libri materiam nasci mihi video, si cunctas, quae in eo authore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim.*

Pag. 36. *lin.* 4. [64, 17.] βρεττία. melius βρεττίῳ.

Pag. 37. *lin.* 12. [67, 5.] οὐ μάλα ἤρκεσεν ἐπαμῦναι. Verti *potuit.* Persona videtur legisse ἤρεσκεν. Vertit enim *cum fratri auxilia mittere nil placuisset.* *lin.* 14. [*l.* 7.] πυκνῆς. Testatus sum in Epistola ad Lectorem me pleraque veteris Codicis vitia ita ut erant consulto in hac editione reliquisse, eorumque correctionem Notis reservasse. Legendum itaque omnino πικένης, ut et verti, vel πευκεντίνης. *lin.* 24. [*l.* 16.] ἐν αὐτῷ δὴ τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Ἰονικοῦ κόλπου. Hoc loco Adriam vocat Ionicum sinum, supra *pag.* 35. [65, 1.] dixit Adriam pertinere ad Hydruntem. hinc incipere Ionicum.

Pag. 38. *lin.* 11. [69, 9.] Ἀλπισκοτίας. Quod alii pluraliter duabus vocibus dicunt ἄλπεις κοτίας, hoc Agathias ignoratione linguae latinae unica voce per genitivum singularem protulit. *lin.* 46. [70, 18.] νηφάλεοι. Verti *sana* sive *integra mente*, hoc est σώφρονες: opponit enim hos duci ipsorum, de quo antea dixit: παραπλὴξ τε ἐγένετο καὶ ἐλύττα περιφανῶς, καθάπερ οἱ ἔκφρονες καὶ μεμηνότες. Notum est illud Epicharmi, νῆφε.

Pag. 39. *lin.* 8. [71, 8.] μέλειν. Frequens est in V. C. hic error τοῦ μέλειν pro μέλλειν, et vice versa. Ex mea versione facile erit cuivis haec talia emendare. *lin.* 46. [72, 20.] ὡς καὶ ἐν αὐτῷ κεισόμενον πόλεμον κατάρχεσθαι. Somniat Persona, cum vertit, *ita ut vel dormienti sibi liceret iam bellum inferre.* pro, *tanquam in ipsius potestate futurum esset*
P. 181 *bellum instaurare, cum vellet.* Nimis nota est phrasis θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, ad quam alluditur.

Pag. 41. *lin.* 32. [76, 2.] παλιμβουλίαι. Suid. παλιμβουλία. utraque lectio est bona.

Pag. 42. *lin.* 5. [77, 1.] προσάγει. Suid. παρεισάγει. *lin.* 15. [*l.* 10.] οἱ δὲ Ῥωμαῖοι. adde κύριοι. *lin.* 46. [78, 15.] ἐφ' ὅτῳοῦν καὶ σφαλέντα. Aut deest τὸ πταίσαντα, vel redundat τὸ καί.

Pag. 43. *lin.* 5. [79, 1.] καὶ λίαν φρονοῦντι ἐῴκει. Persona *et prudentiae sibi nimium vindicare.* Quam apte convenit prudentia cum eo quod praecedit θρασύς γε ἦν καὶ ὑψαγόρας scilicet. Immo vero hoc in eo damnabat Narses, quod ita esset pervicax et praefractus, neque illum facti sui poeniteret, sed adhuc sanguinarium animum et caedem spirantem prae se ferret. Quo fit, ut omnino legendum censeam φονῶντι. Suidas voce φονῶντες. οἱ δὲ λεόντειον ἐβρυχῶντο φονῶντες, hoc est, φονῆσαι προῃρημένοι, *caedis avidi.*

Pag. 44. *lin.* 16. [81, 10.] θορύβῳ εἴχοντο. Non male etiam legeris εἵποντο.

Pag. 47. *lin.* 8. [86, 19.] οὐ δὲ ὡς ποῤῥωτάτω. Aut παρέλκει τὸ οὐ δὲ, aut legendum coniunctim una dictione ἀδεῶς. qua voce saepe utitur Agathias. *lin.* 19. [87, 6.] σεσαγηνευμένοι. Vetus Cod. aliam lectionem ad marginem habebat, σεσαγμένοι. quae et melior est et Agathiae usitata, pro πεπληρωμένοι. *lin.* 28. [*lin.* 13.] ῥεῖθρα Κασωλίνου. Citatur etiam hoc Epigramma libro, cui titulus, φιλοπόνημα Κωνσταντίνου υἱοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ περὶ τῶν τῆς δύσεως ἤτοι Εὐρώπης θεμάτων, Themate undecimo dicto λογγιβαρδίας: quem librum ad me misit Cl. V. et de omni literatura optime meritus Petrus Pithoeus. eumque volente Deo, ubi libentem nactus fuero typographum, (nam ille περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν iam antea a me editus est,) in lucem emittam. In eo itaque Constantinus de Butelino ita scribit: ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἰουστινιανοῦ, μᾶλλον δὲ Ζήνωνος, παρέλαβον οἱ Γότθοι τήν τε Νεάπολιν, καὶ τὰς λοιπὰς παρακειμένας πόλεις, ὧν ἦρχε Βουτελῖνος ὁ τῶν Φραγκῶν στρατηγὸς, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Νάρσης παρὰ τὸν ποταμὸν Κασσουλῖνον, καὶ τελείως ἠφάνισε, καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει. *lin.* 33. [*l.* 17.] pro χεῦμα Constantinus legit ῥεῦμα, et pro δηρὸν, δεινόν.

Pag. 48. *lin.* 1. [88, 16.] ἀκολασία. Rara significatione pro μωρία, ut et ἀκολασταίνω pro μωραίνω. *lin.* 8. [89, 1.] ὁ δὲ στρατηγός. adde διά.

Pag. 52. *lin.* 21. [97, 6.] ὑφ' ἑνὶ γὰρ ὑφαίνονται λίθῳ. Utitur metaphora, qua et Aeschylus in Prometheo: οὔτε πλινθυφεῖς δόμους προσήλους ἦσαν. et de Scythis οἳ πλεκτὰς στέγας ναίουσι.

Pag. 53. *lin.* 10. [98, 14.] καὶ ἀμαθέστερον τῆς διπλῆς ἐκείνης ἀγνοίας. De duplici hac ignorantia vide Platonem in Sophista, quam ἀμαθίαν vocat τὸ μὴ κατειδότα, δοκεῖν εἰδέναι, cum is, qui rem aliquam non intelligit, putat se intelligere. Ἀμαθία γὰρ θράσος, inquit Thucydides. et plerumque quo quisque indoctior, eo confidentior. quod malum si quem occupet, facit, ne magnos unquam in ulla arte aut scientia progressus facere possit. Nam ut recte ille, οἴησίς ἐστι ἐγκοπὴ προκοπῆς, quod ideo hoc loco dicendum putavi, ut bona ingenia ab hac οἰήσει veluti certissima studiorum peste sibi caveant.

Pag. 54. *lin.* 4. [100, 12.] τοῦτο δὴ τὸ τῆς ὕλης χωρίον. Verti, *quod haec regio,* terrena nimirum, sive potius terra ipsa. ita enim etiam infra *pag.* 151. *lin.* 31. [293, 22.] ὕλης vocabulum hac significatione accipio. *lin.* 9. [*l.* 17.] ἐν τῇ Ἀσίᾳ καλουμένῃ χώρᾳ. Persona sui similis turpiter et ipse errat, et alios Graecae linguae imperitos in errorem trahit, vertens *Trallis civitas olim in Asia, quae Chora nunc dicitur.* Non animadvertit τὸ Ἀσίᾳ hoc loco non esse nomen substantivum, sed adiectivum, positum pro Ἀσιατικῇ, et τὸ χώρα significare campum. Ego itaque ita verti, *Trallis urbs in Asio nunc ita dicto campo.* Est autem hic campus sive ager Asiaticus, quem Homerus *Ἰλ. α.* Ἄσιον λειμῶνα vocat, dicens Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. qui et Καΰστριος et per dialysin Καΰστριος dicitur, a flumine, qui loco est cognominis, et χώρα ipsa κεκαυμένη. Vide Eustathium in Hom. et Dionysium, et Strabonem lib. 12., qui ad locum hunc Agathiae explicandum optime facit. Causam enim addit, quare Trallis totaque illa ad Maeandrum fluvium regio sit terraemotui obnoxia: σχεδὸν δέ τοι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαιάνδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ P. 182
ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. *lin.* 16. [101, 3.] Χαιρήμονα τοὔνομα. Simile huius Chaeremonis exemplum commemorat Philostratus lib. 2. βίων σοφιστῶν. in vita Aristidis; cuius verba operae pretium est hic adferre: ἃ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι καὶ Ἑλλάς, καὶ ἡ πρὸς τῷ Δέλτα κατῳκισμένη Αἴγυπτος. οἱ χαλκοῦν ἔστησαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς. οἰκιστὴν δὲ καὶ τὸν Ἀριστείδην τῆς Σμύρνης οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος. τὴν

γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ χασμάτων, οὕτω τι ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ „ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι" καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ἐπιστάξαι, ξυνοικίαν τε τῇ πόλει ἐκ τῶν Ἀριστείδου ἐνδοσίμων πνεῦσαι. *lin.* 34. [*lin.* 17.] χρήματά τε πλεῖστα ὅσα. Strabo lib. 12. ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς, ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν.

Pag. 55. *lin.* 7. [102, 16.] lege, Ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἱ βρέτας. In dedicationibus enim subauditur verbum. Virg.

Aeneas haec de Danais victoribus arma.

Pag. 58. *lin.* 29. [109, 10.] ἦν γὰρ ἐς ἅπαντα δραστήριός τε καὶ θαῤῥαλέος. Lege haec per parenthesin. δραστήριος autem barbaris *activus*, ut et Galli *actif*, Hisp. bivo, bullicioso, Latine acer. et τὸ δραστήριον, (quod vocabulum Agathiae est admodum frequens,) acrimonia in rebus gerendis. Horat.

—— *Acer Deiphobus Excepit hostes.*

Pag. 59. *lin.* 26. [111, 8.] παραβαλλόμενον. rectius περιβαλλόμενον.

Pag. 60. *lin.* 11. [112, 15.] Κοταίσιν. rectius Κοταίσιον. *lin.* 24. [113, 6.] ὅμως ἐμόχθει etc. rectius meo iudicio legitur apud Suidam ὅμως ὥσπερ τις νεανίας ῥωμαλεώτατος οὐκ ἀπηγόρησε etc. *lin.* 25. [*l.* 7.] φοράδην. Interp. *impetu facto*, absurde: immo vero *gestatus*, lectica fortassis. *lin.* 42. [114, 1.] ὄρνις ἢ οἱ κύνες. Herodotus in Clio, τάδε μέν τοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ ἀποθανόντος, ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νεκὺς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας. Ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. κατακηρώσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν οἱ Πέρσαι γῇ κρύπτουσι. *lin. ultim.* [*l.* 9.] ἐς τὸν ἀγαθοῦ. addendum meo iudicio δαίμονος.

Pag. 61. *l.* 3. [114, 11.] ἔμπνοι ἔτι ἄγονται. rectius fortassis ἐξάγονται. *lin.* 16. [21.] ἐκ τῶν σκότου πυλῶν. Eurip. Hecuba, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. ita Hom. πύλας ἅδου periphrastice τὸν ἅδην vocat: per ingressum enim significantur interiora Orci. Nam πύλη vocatur ipse locus τῆς εἰσόδου. θύραι vero αἱ σανίδες. *lin.* 20. [115, 2.] ὑπὸ τοὺς χθονίους. rectius ὑπὸ τοὺς ὑποχθονίους etc.

V. 128 *Pag.* 62. *lin.* 7. [116, 15.] τόδε τὸ ἄγος ἀντ' ἐκείνης. lege ἐκείνου, videlicet ἄγους. ἄγος autem prius vocat μητροκτονίαν, posterius μοιχείαν. quod eleganter per circumlocutionem vocat Homerus ἔργον ἀεικές, inquiens καὶ ἀναίρετο ἔργον ἀεικές.

Pag. 65. *lin.* 6. [118, 14.] *γεραίρουσι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τὸ ὕδωρ.* Strabo de Persarum religione ita, *Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· θύουσι καὶ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίτραν, καὶ σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ.* *lin.* 7. [*l.* 15.] *ὡς μηδὲ τὰ πρόσωπα αὐτῷ ἐναπονίζεσθαι, μήτε ἄλλως ἐπιθιγγάνειν, ὅτι μὴ πότου τε ἕκατι καὶ τῆς τῶν φυτῶν ἐπιμελείας.* Citat hunc Agathiae locum Ioannes Brodaeus in doctissimis suis in epigrammata Graecorum Commentariis, sed ita, ut a Persona fuit versus, immo perversus his verbis: *Venerantur autem quam maxime aquam, atque adeo, ut ne hac quidem faciem abluant, nec eam quoquam pacto attingant, sive potandi gratia, sive arbores irrigandi, sive ut aliascunque.* Absurda plane sententia. Quis enim nescit, ignem et aquam hominibus adeo esse necessaria, ut hominum societate indigni olim fuerint habiti quibus eorum usu interdiceretur? Nescivit Romanus ille interpres, *ὅτι μὴ* significare *nisi*, vel *praeterquam*. Hoc enim vult Agathias, Persas aqua in necessariis tantum ad vitam humanam rebus, potus nimirum et irrigandi plantas causa usos fuisse, non autem *ἄλλως*, hoc est *temere.* *lin.* 12. [*l.* 19.] *τὸ δὲ πῦρ αὐτοῖς τίμιόν τε εἶναι δοκεῖ καὶ ἁγιώτατον.* Herodotus in Thalia; *Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσιν εἶναι τὸ πῦρ. τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισίν ἐστι. Πέρσῃσι μὲν διόπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου.* Strabo: *Τοὺς δὲ φυσήσαντας ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας ἢ βόλβιτον θανατοῦσι.* Quanto vero in pretio fuerit apud Persas ignis et aqua, testatur elegantissimum Dioscoridis epigramma Anthologias lib. 3. tit. *εἰς δούλους.* quod quidem ita habet: P. 183

Εὐφράτην μὴ καῖε φιλώνυμε, μηδὲ μιήνῃς
Πῦρ ἐπ' ἐμοί. Πέρσης εἰμί, καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγενής. ναὶ δέσποτα. πῦρ δὲ μιῆναι,
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί. μὴ δ' ἐπὶ νεκρῷ
Λουτρὰ χέῃς. σέβομαι δέσποτα καὶ ποταμούς.

lin. 13. [*l.* 21.] *ἐν οἰκίσκοις τισὶν ἱεροῖς.* Haec templa apud Persas vocabantur *πυρεῖα*, Straboni lib. 15. *πυραιθεῖα* dicuntur, qui et in Cappadocia multa fuisse Persicorum deorum templa testatur, et Magos eorum sacerdotes *Πυραίθους* dictos fuisse. Ita Romani perpetuum in Capitolio ignem Vestae servabant.

Pag. 66. *lin.* 3. [124, 14.] *ὡς ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα.* Verti, *ut in regiis membranis conscripta.*

Ita veteres glossae: *Διφθέρα, τὸ βιβλίον*; membranum, codex. Continebat vero hic codex eorum, qui tam civiles quam militares dignitates administrabant, nomina, genus, insignia et stipendia, cum magistratus codicillis et principum mandatis. Is codex postea laterculi nomine est appellatus; ut et Cedrenus *πλινθίον* vocat a similitudine videlicet et forma lateris cocti, quemadmodum et olim pugillares a triangulari forma ad imitationem literae *Δ*, *Δέλτοι* et *δελτωτὰ βιβλία* dicta fuerunt. Huic vero codici laterculi nomen sub Antoninis inditum fuit. Tertullianus enim, qui ea aetate vixit, agens adversus Valentinianos, ubi loquitur de animabus natura bonis, quas Valentinus beatas esse statuebat: *Ex earum*, inquit, *laterculo et in reges et in sacerdotes allegare consueverat.* Erat vero laterculum sive codex ille, de quo diximus, vel membranaceus vel membrana obtectus. Ita Hispani, apud quos hodie multa exstant antiquitatis vestigia et praeclara monumenta, codicem vetustissimum, unde illi familiarum suae gentis genealogias petunt, vocant El libro del Bezerro. quod idem est atque *διφθέρα* sive codex membranaceus. Recte autem Etymologicus Graecus *διφθέραν* interpretatur *γραμματεῖον, ἢ βιβλίον ἢ. βύρσαν.* Putidam vero, ut in aliis multis vocabulis, etymologiam adfert, dictam *διφθέραν* quasi *δυοφέραν, την ἐν τοῖς δύο μέρεσι φέρουσαν γράμματα.* *lin.* 40. [126, 8.] *τῶν Ὀλόρου.* Annotavit hunc locum olim Hadrianus Iunius lib. Animadversorum primo, ubi merito nimis quam ridiculam Christophori Personae versionem exagitat. Et recte caput illud hisce verbis claudit: *libri materiam nasci mihi video, si cunctas, quae in eo authore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim*: cuius viri hoc loco authoritatem interponere libuit, ut intelligant malevoli quidam homines et alieni laboris obtrectatores iniquissimi, quam parum huius interpretis versione adiutus fuerim. *lin.* 50 [*l.* 16.] *τὸ ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων ἐλευθέριον.* Hadr. Iunius lib. et capite modo citatis hunc locum ita vertit: *qui enim fieri potuit, ut pura illa veterum nominum libertas, quae, (omitto rerum naturam,) cum primis est proficua et opportuna, in agresti et barbara lingua conservetur?* alienius paulo cum a mente Agathiae, tum vero a proprietate vocum Graecanicarum. Ego malui vertere: *qui enim fieri poterat, ut puritas illa veterum nominum et nativa gratia, et praeterea*, (nam hoc est *τὸ*
P. 184 *πρός γε*, familiaris admodum Agathiae phrasis) *rerum ipsarum naturae congruens, valdeque accommodata, in agresti quadam ineptissimaque lingua conservaretur?* *τὸ ἐλευθέριον* enim sive *ἐλευθεριότητα* interpretor, non *libertatem*, sed *τὴν μὴ κατὰ κιβδήλειαν χάριτα*: hoc est *nativam minimeque fu-*

catam vel adulterinam gratiam et venustatem. Nam quod Persona vertit, *veram illam et liberam veterum nominum pronuntiationem*, nimis est absurdum.

Pag. 67. *lin.* 4. [126, 19.] *γεγανωμένος.* Hadr. Iunius legit *γεγαννυμένος*, et vertit *delinitus.* mihi magis placet mei veteris codicis lectio *γεγανωμένος.* tametsi et *γάννυσθαι* et *γανῶσαι* eadem significatione accipiantur. Suidas tamen hunc locum citans legit *γεγαννυμένος.* *lin.* 4. [*l.* 20.] *δίαιτάν τε λαχὼν ἐς ὅ, τι βαρβαρικωτάτην.* Hadr. Iunius eodem loco ita vertit: *vivendi genus parum civile sequutus.* quod in graeco textu, quem ipse ibi allegat, est *βαρυτάτην*: quod cum interpretatur, *parum civile vivendi genus*, parum commode sententiam Agathiae exprimit, quae haec est, Chosroën natione barbarum et lingua, exiguos in philosophia progressus facere potuisse: etiamsi interpretem habuerit, qui sibi Graecorum philosophorum scripta in Persicam linguam verterit, quod lingua illa parum ad hoc sit idonea. *lin.* 31. [128, 3.] *τοῦ κρείττονος πέρι.* Hadr. Iun. *de summo bono*, immo *de Deo.* usitata admodum Agathiae huius vocabuli significatione. Ibid. *ἀνακυκλοῦντας.* Suidas legit *ἀνακυκλῶν.* non ita recte. *lin.* 33. [*l.* 5.] *γραμματικοῦ.* Suidas legit *γραμματιστοῦ.* *lin.* 35. [*l.* 6.] *οὐδὲ μὴν βίῳ ἀρίστῳ ἐκδεδιῃτημένοι.* Hadr. Iun. *nedum elegantiore vita educti.* Ego verti *sed nec satis frugi homines*, hoc est, vitae parum probae. *lin.* 37. [*l.* 7.] *ὑπερβάθμιον τὸ λεγόμενον πόδα τείνειν.* Citat hoc proverbium Suidas in hunc modum: *ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτειν, ἀντὶ τοῦ ἀτάκτως ποιεῖν τι.* cui adiungit testimonium anonymi, ut saepe facit, authoris: *οὐδὲ ὑπερβάθμιον πόδα ῥιπτῶν κατὰ τὸ λόγιον εἰς τὴν θεοσέβειαν, ἀλλὰ μέτρα ὁρίζων ἑαυτῷ τῆς ἡλικίας ἄξια. γνησίῳ καὶ καθαρῷ συνειδότι μεταχειρίζων τὰ περὶ τοὺς θεούς.* Cui explicationi locus est plane geminus apud Marinum in vita Procli, qui iusto ordine illum processisse ad Platonis *μυσταγωγίαν* inquit his verbis: *ἐν ἔτεσι γοῦν οὔτε δύο ὅλοις πάσας ἐκείνῳ τὰς Ἀριστοτέλους συνανέγνω πραγματείας· λογικάς, ἠθικάς, πολιτικάς, φυσικάς, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτας θεολογικὴν ἐπιστήμην. ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς ὥσπερ διά τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων, εἰς τὴν Πλάτωνος ἦγεν μυσταγωγίαν, ἐν τάξει, καὶ οὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα.* E quibus facile intelligitur Agathiam de iis loqui, et proverbiale hoc loquendi genus usurpare, qui non iis artibus ac disciplinis, quibus oportebat, instructi, neque iusto ordine progredientes, ad gravissimas hasce et periculosissimas de deo quaestiones temere agitandas se conferunt. quibus, aut aliis eius generis utinam non hodie *οἰνοπωλεῖα* frequenter, ut Agathiae aetate, *τῶν βιβλίων πωλητήρια* personarent. quamvis in his ipsis audiantur quotidie multa hisce indigniora,

Pag. 68. *lin.* 6. [129, 4.] ἐκολῴα, καὶ μακρηγορῶν οὐκ ἀνίει. Homer. ἰλ. β. Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, hoc est, ἐθορύβει, tumultuabatur, nullumque verborum finem faciebat. Nam ita recte explicat Agathias Homericum illud Thersitae epitheton ἀμετροεπής. *lin.* 25. [*l.* 19.] θαμὰ ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ. Haec, et praecedentia a *lin.* 23. [*l.* 17.] ab his verbis ἐς γὰρ τὰ δώματα ad haec usque verba, *lin.* 31. [130, 3.] ἀλλὰ γὰρ etc. omisit Persona, consulto arbitror, ut parum a se intellecta. Interpolator Agathiae in hac de Uranio narratione multa esse vitiata et mutila testatur, quae nimis prolixum futurum fuisse dicit omnia retexere; adscribam tantum, inquit, verba plusculorum (credo addi debere *versuum*) quae uno loco desunt:
